

14.
COLLECTIO METHODICA
SS. CANONUM, ET LEGUM PRÆCIPUARUM
Ad lib. I. Decretal. Tit. XXXVII.

D.E.
POSTULANDO, #

SIVE
DE ADVOCATIS CAUSARUM,

Unà cum thesibus parergis proposita,

PRÆSIDE

*Plurimum Reverendo, Prænobili, Clarissimo, Consultissimoque
Viro, ac Domino,*

**D. GEORGIO CHRISTOPHORO
NELLER,**

J. U. D.; & ad Doctoratum Ss. Theol. admissio, Eminen-
tissimi Principis Electoris, & Archi-Episcopi Trevirensis Con-
siliario ecclesiastico actuali, Vicariatus, & Consistorii Episcopalis Wirceburgensis
Assessore paciter actuali, Ss. Cæsarearum Majestatum per Imperium, & Di-
tiones Austriacas, Comite Palatino, insignis Collegiatae Ecclesie
ad S. Simeonem Treviris Canonico Capitulari,

& Bibliothecario,

Ss. Canonum in almâ, & antiquissimâ Universitate Trevirensi
Professore publico, ejusdemque, & inclytæ Facultatis Juridicæ Assessore,
Defendente Nobili Domino

FRANCISCO JOSEPHO STAADT
Treviro, Jurium Candidato.

In Auditorio majore juridico vici Tetradiani Treviris
die 22. Junii 1757.

ab horâ 9nâ usque ad 11mam.

Augustæ Trevirorum, apud J. C. ESCHERMANN, Aul. & Univ. Typ.

OPPUGNABUNT

Nobiles , ac Eruditi Domini ,

FRANCISCUS LUDOVICUS NIESEN, Trevir.

JOANNES DÜPPENWEILER , Trevir.

Jurium Candidati.

Prænobili, Cla
Viro

D. JOAN
STA

Juris utriusque
antiquissimæ Unive
démque inclyt

Eminentissimi Princ
Episco

Consiliario

Reverendissimi, &
politani Trevirensis
Dicasteriorum

Patruo suo

*Prænobili, Clarissimo, Consultissimoque
Viro, ac Domino,*

**D. JOANNI JACOBO
STAADT,**

*Juris utriusque Doctori, almæ, &
antiquissimæ Universitatis Trevirensis, ejus-
démque inclytæ Facultatis juridicæ
Assessori,*

*Eminentissimi Principis Electoris, & Archi-
Episcopi Trevirensis,*

Consiliario regiminis aulico,

*Reverendissimi, & Illustrissimi Capituli Metro-
politani Trevirensis Secretario, & Archivario,
Dicafteriorum Electoralium Advocato
legali,*

Patruo suo longè colendissimo.

PRÆNOBILIS, CLARISSIME,
ET
CONSULTISSIME VIR,
AC DOMINE.



*F*ure quodam precipuo prænobili
CLARITATI Tuæ consecrantur
presentes pagina; sunt enim exor-
dientis in me jurisprudentia pri-
mum velut diluculum, qua, quod
in quadriennium, commorationis apud TE ju-
vante beneficio, quasi per tenebras didicit, nunc
in auditorii lumine disputando proferre conten-
dit: sunt ejus argumenti, quod Tua NOBILI-
TAS in Dicasteriis Trevirensibus, tam eccle-
siasticis, quàm civilibus, hilari cum famâ mul-
tis jam annis profiteretur, quantum sibi per stata
negotia vacat; Gener, non degener, magni illius
Trevirensium Advocatorum Senioris, & ut
phrasi

phrasi veterum utar, Monarcha, NICOLAI
COUNETI Jcti, cujus in trino idiomate su-
premam ex aequo facundiam, in deprehendendo
juris puncto judicium penetrans, in postulando
peritiam, in peragendis majoribus causis dexte-
ritatem, in laboribus immensis ferream patien-
tiam, in vincendo consuetudinis gloriam, annis
jam ferè 40. non solum patria nostra stupens ad-
miratur, sed & vicini, Galli, Belgæ, Lotha-
ringi, Germaniæ Rhœnana accolæ, deprecant;
quique, cum sit septuagenario benè major, ni-
hil quidquam de vigore spiritûs, quo ferbuit ju-
nior, senescente corpore amisit; meritò clarissi-
matu Consiliarii Electoralis intimi coronatus.

Hu-

Hujus archetypa imaginis cujusdam verè solidi,
& elegantis 7Cti exemplar primarium, typoque
originali simillimum, TE dixero Clarissime Do-
mine; cum enim Vir ille prudentissimus filia sua
unica, cujus laudes paucis exprimet, qui di-
cet matronam optimam, sponsum deligeret, tot
ex procis, quos & virtus, & venustas ejus in-
vitaverat facillè, TE in hanc fortunam advenit,
procul dubio, quòd in TE adverteret, quidquid
bonarum dotium ad virum togatum desideratur,
nempe præter virilitatem animi præclaram juris
scientiam, partim Treviris sub famigeratis An-
tecessoribus HEISSIO, & SUSEWINDO, partim
= ~~Brane~~ sub celeberr. RINCKIO, & DEINLINO,
= Altorfii com-

comparatam, ingenium sobriè subtile, iudicium
prestans, trium, quæ nostratibus necessaria sunt,
linguarum notitiam, calami elegantiam, puri-
tatemque delicatam. Nec sua Socerum fefellit
electio; paucos quippe intra annos in exercendis
litibus, in tractandis, conciliandisque negotiis,
in re diplomaticâ, & bullari, in praxi Gallica-
nâ, cæterisque rerum experimentis, apparuisti
tantus, ut non solum esses Soceri senectuti bacu-
lus, sed & officii à secretis Metropolitana Col-
lega, in Archivi curâ Successor; in quo dige-
rendo, describendoque, quantum prestiteris,
admirabitur, qui post te veniet. Possim ego ta-
lis fieri imago Patruï, qualis ipse Generi! Cona-
bor

bor autem: cūmq̄ue à togâ plerique gradum ascen-
dendi fecerint, huic argumento, qui nempè ty-
rocinia ad eam ritè sint ponenda, ut honestè ge-
ratur, præprimis studendum duxi. Quas meas
lineas, TIBI, colendissime Patruæ, ex debito
gratitudinis inscriptas, benignè habe, defenso-
risque earum patronus, & conductor esto in antea,
qui fuisti hætenus. Hæc cum fiducia perenno sub
obsequii vinculo triplicato

PRÆNOBILIS, ET CONSULTISSIMÆ
CLARITATIS TUÆ

Servus, & nepos obedientissimus
F. J. STAADT.



SPES SUM DE

Quid sit post
vocatus, &



POST
rius
jura
dict
alte
l. I



SPES SUM DENTATA CLIENTUM.

§. I.

Quid sit postulare, quid Advocatus, & quotupliciter.

2. qui postulat
3. De f. edictis
4. De offi. ad. ex. ca. 12
5. De honorari. et priv. leg. ab. et hon.

I.



POSTULARE Ulpiano est, desiderium suum, vel amici sui, * in jure, ** apud eum, qui jurisdictioni praest, exponere, vel alterius desiderio contradicere.

l. I. §. 2. ff. h. t. Can. 2. m. q. 7.

A

* Vel

adum ascen-
nempe ty-
boneste ge-
Quas meas
ex debito
defenso-
in antea,
perennis sub

SIME

edientissimus
LADT.

* Vel enim *pro se* quis postulat, vel *pro alio*: qui *pro se*, dominus est litis; qui *pro alio*, vel *advocatus* est, vel *procurator*: nam & iste verè postulat pro suo principali, ut adedò in l. 1. §. 11. ff. de *extraord. cognit.* generaliore nomine *advocati* veniat, ibi: *advocatos accipere debemus* omnes omninò, qui *causis agendis* quoquo studio operantur.

** *Postulare propriè hoc dicimus*, pro tribunali *petere*, non alibi. l. 4. §. 8. ff. de *damn. infect.* Itaque ab hâc significatione removentur 1) illa desideria, quæ *extra iudicium contradictorium* solummodò pro *actibus jurisdictionis voluntariæ* proponuntur: nec 2) *Advocatorum* numero erunt, qui tantùm *pro tractatu*, non adfuturi causis, accipere quid solent. d. §. 11. veluti, qui partibus dant consilium juris, aut sine subscriptione exhibenda judicialia componunt; & ex identitate rationis neque 3) qui supplicas ad Principem extrajudiciales *pro literis gratiæ*, imò & *justitiæ*, conficiunt.

2. Hic de illis postulantibus duntaxat agimus, qui *advocationem* exhibent aliis in iudicio, distinctam à *procuracione*, sive agendo, sive defendendo: * id quod est, *allegationes facti, & juris coram iudice ex arte legitimâ exponere, pro alterius victoriâ.*

* Hi primitùs vocabantur *Oratores*, eò quòd pro aliquo facundè perorarent in iudiciis. vid. *Constit. omnem* §. 2.

§. 2. & 6. de *Conc.*
 Cler. Et caufarum
 l. 14. §. 1. C. de j
 fidei, ut in l. 6.
 nomen ICis evaf
 diaz desideraretur
 Demùm crebriùs
 foli Romanis dice
 cis comparentibus
 sentiam, laterisqu
 confortaturi, nec
 eis, ut ait VINN
 summum aliquid in
 fidei nomen ab Ad
 let quisquam se ip
 advocatum ex adve
 buitur in Curiâ Ro
 lis, pro quibus pe
 causis contentiois
 Antipatromi, & A

Differentiæ inter
 rem judicialem
 sunt

a) Quòd *Advocatus*
 ptione partis, citra
 tu cum parte, se
 tuo mandator; A

§. 2. & 6. de Concept. digest. l. 33. §. 1. C. de Episc. & Cler. Et causarum Patroni. l. 12. ff. de publ. judic. l. 14. §. 1. C. de jud. Postea malebant nominari *causidici*, ut in l. 6. C. de postul. sive, quod *Oratorum* nomen ICTis evasisset odiosum, sive, quod plus facundia desideraretur ab *Oratore*, quam à *simplici causidico*. Demum crebrius *Advocati*; quanquam ab initio illi soli Romanis dicerentur *Advocati* in specie, qui amicis comparentibus in jure *nudam* commodabant *praesentiam*, laterisque assistentiam, quasi eos in agone confortaturi, nec voce, sed *habitu*, & *nutu* aderant eis, ut ait VINNIUS *partit. jur. lib. 3. cap. 18.* vel ad summum aliquid in aurem suggerebant. Hodie *Causidici* nomen ab *Advocatis* illubenter auditur, nec solet quisquam se ipsum vocare *Causidicum*, sed solum *advocatum ex adverso*; Nomen autem *Oratorum* tribuitur in Curiâ Romanâ, & Episcopalibus, ferè his solis, pro quibus petitur dispensationis gratia. Unde in causis contentiosis magis usitata sunt nomina *Patroni*, *Antipatroni*, & *Advocati*;

3. Differentiæ inter *Advocatum*, & *Procuratorem* judicialem, *essentiales*, & *primariæ* sunt

- a.) Quod *Advocatus* causæ adveniat ex *rogatu*, & *suspceptione* partis, citra contractum, *procurator* ex *contractu* cum parte, scilicet *mandati*; ut sis *procuratori tuo mandator*; *Advocato* autem tuo *susceptus*, & *cliens*.

cliens. Hinc procurator *mandato* indiget. l. 1. ff. de *procur.* non verò advocatus; nec agitur contra istum *directa mandati*, sicut contra procuratorem.

b.) Quòd *Advocatus* fit *auriga litis*, concinnans seriem introducendæ causæ, jus ex factò deducens, finè, quòd sustineat *personam litigatoris*: Procurator autem subeat *vicem sui principalis*, litem contestando fiat *litis dominus*, libellos exhibeat, recessus ad protocolum dicter, terminos urgeat, dilationes petat, testes producat, cœteraque omnia tramitis legitimi accuret: ad primum officium requiritur *ars juris*, ad secundum sufficit *tritura forensis*, cum solertiâ, ne quid in iudicio contingat parti suæ per negligentiam: hinc procurator est *monitor* advocati quoad præfixos terminos, præsertim præjudiciales, & *causidicina minister*, vituperandus utique, si piger advocato situm causæ non significet satis tempestivè, nec partis adversæ exhibita, nisi propediem imminente ultimo termino, refutanda eidem tradat; ex quo sæpè numero præcipitantia scripturarum cum jacturâ victoriæ emergit.

4. *Accidentales* verò, & *secundariæ* sunt

a.) Quòd officium utriusque fit quidem *civile*, sed advocati magis *publicum*, procuratoris *privatum*. Hinc ad munus advocationis huic, vel illi impertiendum, advocatus, in numerum semel receptus, compelli potest. l. 1. §. 4. ff. l. 7. C. h. t. l. 9. §. 5. ff. de offic. *proconsul.* quanquam non eo sensu sit munus publicum, quasi

quasi quis cogi po
Econtra nemo inv
er. l. 17. C. de pr

b.) Quòd munus A
ajunt communiter

Hoc transmittitur
et Advocatia, qu
viam in l. 2. §. 43
nobili, & causas o
rare: non autem,
aut viros nobiles fac
tis liceret agere adv
dignitates, solorum
non patebant. l. un
h. t. de nobilissimis e
telligit optimos, qu
sed meritum, & ve
hodiè sit de nobilita
liz Advocati etiam
LET Plaidojers T
est tamen, eadem
vocat, ad effectum
guere, inter die Ed
Allegatur pro hoc
dem opinione malè
procuratore judiciali
rionibus; sed de pr
judicialis est, atque

quasi quis cogi posset, ut agat simpliciter advocatum. Econtra nemo invitus compellitur fieri tuus procurator. *l. 17. C. de procur.*

b.) Quod munus Advocati sit *nobile*,* Procuratoris, ut ajunt communiter, *vile*, atque *servile*.**

* Hoc transmittitur, quatenus nec *genere nobilem* dedecet Advocatia, quod probat illud Q. Mucii ad Servium in *l. 2. §. 43. ff. de O. J. Turpe esse Patritio, & nobili, & causas oranti, jus, in quo versaretur, ignorare*: non autem, quasi esset hæc *professio nobilitum*, aut *viros nobiles* faceret; cum quoque Romanis *libertis* liceret agere advocatos. *L. 2. C. h. t.* quibus tamen dignitates, solorum *ingenuorum, & nobilitum* propriae, non patebant. *l. un. C. ad leg. Visel.* Equidem *l. 7. C. h. t. de nobilissimis* causarum patronis loquitur, sed intelligit *optimos*, quosque non *ipsa professio* tales fecit, sed *meritum, & vetustas palæstræ*. Quidquid autem hodiè sit de *nobilitate* hujus professionis, quam Gallia Advocati etiam in contradicto judicio apud GILLET *Plaidojers Tom. II. in princ.* evicerunt, certum est tamen, eadem nec gaudere *liberos*, nec ipsos *advocatos*, ad effectum se connumerandi inter *nobiles genere*, unter die Edel-Leuthe.

** Allegatur pro hoc *l. 34. C. de decur.* Verùm meâ quidem opinione malè: Quia lex ista non loquitur de *procuratore judiciali*, quæ nullibi prohibita est decurionibus; sed de *procuratore facultatum*, quæ *extra-judicialis* est, atque idè in eandem catenam prohibi-

torum decurionibus colligatur per l. 30. C. de locat. Hujus generis procurationes cum servi Romanorum ut plurimum haberent, hinc l. 34. cit. censuit, *infamissimam vilitatem, & obsecundationem servilem fore*, si quis, in curiali dignitate constitutus, cum oblivione libertatis, & generis sui, id genus servitii ambiret. Sanè, si per hanc legem evincatur *vilitas procuratorii muneris*, eadem consecutione evincetur etiam *infamia*.

Additio 1. Dum *procuratio* contenta est simplici *bonestate* functionis: *advocatia* audit *togata dignitas* in l. 7. junct. l. 10. C. de advocat. 1. Hinc in formulâ CASSIODORI lib. 6. epist. 4. legitur: *habitu te togatae dignitatis ornamus, ut indutus veste Romuleâ, jura debeas affectare Romana.* Ex eo venit, quod in jure nostro *togati*, & *advocati* sæpè sint synonyma, quodque multis in locis, maxime Gallicanis, & Belgicis, usus ferat, ut *advocati* in propriâ sibi *togâ ceremoniæ* coram tribunalibus majoribus compareant: apud nos rubro se ab actuariis, & procuratoribus distinguunt pallio.

Additio 2. Dignitati Advocatorum nullo modo detraxit inauguralis deductio de *Positionibus*, hic Treviris proposita anno 1749., quando cap. 1. §. 2. illos *Causidicos* veriùs *Rabulas* nominavit, *qui rudem fortè ad mendacia clientem doctè simul, ac impiè instruxerunt*: neque enim sequitur: *ergò OMNIS Causidicus est rabula*: cum subjectum istius propositionis, utpote

con-

contingentis, ex r
ter; nihilque dict
nempe, inter bo
Rabulas. Quis ca
millefar. scripleri
cassina capita fore
CERONEM Lib.
bule, qui sibi d'sert
& vociferatione con
innocens nostra pr
jus illum nomine
per figuram corre
peccatum fuerit in
neminem conquestu
ZIEGLERUS in di
verunt innumeri al
vocaverunt latrator
bovinum, harpyias
vel cum Gallis, æq
cum Jure municipa
de cuius agnominis
pract. verbo: adve

Advocatorum var

e) Alii privatorum su
nominantur procura
procuratores generale
gregationibus pertin
rum. Horum est,

contingentis, ex regulis Logicae supponat *particulariter*; nihilque dictum sit, quod non dicant omnes, nempe, *inter bonos Causidicos* dari quoque malos *Rabulas*. Quis carpat APULEJUM, quod *Lib. 10. millesiar.* scripserit: *forenses Rabulae, & pragmatici, vilissima capita forensia, vulturūque togati?* Quis CICERONEM *Lib. 1. de Orator.* ubi inquit: *quasi rabulae, qui sibi disertī non videntur, nisi omnia tumultu, & vociferatione concusserint?* Cum Cicerone distinxit innocens nostra propositio *Rabulam à Causidico*, hujus illum nomine non dignata: hinc scriptum erat per figuram correctionis: *verius rabulae*; in quo si peccatum fuerit in *omnes advocatos*, quorum tamen neminem conquestum esse scimus, peccavit ante nos ZIEGLERUS in *dissertat. de arte Rabulistica*: peccaverunt innumeri alii, qui malos causarum patronos vocaverunt *latratores, crumenimulgas, avuscatores boninum, harpyias, jurgistas, vyperas sibilantes, &c.* vel cum Gallis, æquè ac Germanis, *chicaneurs*, aut cum Jure municipalī Württembergico: *Entenmeyer*, de cujus agnominis origine vid. BESOLD. *Theſaur. pract.* verbo: *advocat.*

5. Advocatorum varia est divisio: nam

- a.) Alii *privatorum* sunt hominum: alii *fisci*, qui alibi nominantur *procuratores fisci, promotores generales, procuratores generales*; quorsum in Conciliis, & Congregationibus pertinent *promotores fidei, & Conciliorum*. Horum est, *jura fisci, ecclesiastici, politici,*
aca-

academici, in judiciis defendere, nec non delinquentes, & excedentes ex officio accusare: unde subdividuntur in *Criminales*, qui vindictas graviores urgent; & in *Civiles*, qui morum censuras, & punitiones, minores afflictione corporis. Vulgus eos appellat *fiscos*, rectius *fiscales*; cum ipsi non sint *fiscus*, sed *patroni*, seu *advocati fisci*. tot. tit. C. de advoc. fisc.

b.) *Privatorum* advocati aut sunt *ordinarii*, qui nempe togatorum *Corpori*, seu collegio, & matriculæ sunt inscripti: aut *extraordinarii*, sive *supernumerarii*, qui ultra illum album, & numerum recipiuntur. Est autem ex usu, togæ certum præfinire numerum ad indigentiam patriæ, exemplo l. 15. 16. 17. C. de advocat. 1. ne sit infinitas: paucitas enim honorabiles, turba contemptibiles facit. *Can. 24. dist. 93.* Adverterunt quoque viri experientiâ fori celebres, quod prodigiosa advocatorum multitudo sit unus mali illius fons, quo tot causæ putridæ suos reperiunt patronos.

c.) Superfedendo aliis divisionibus, quas à procuratorum divisione nonnulli mutuas acceperunt, classem inter advocatos piam facit *Advocatus Pauperum*, S. IVONIS nostri imitator. Ubi enim non viget mos, ut singuli advocati per turnum deferviant causis pauperum, ut in *Ordin. Camer. an. 1495. §. 23.* ibi ordinatus est universalis pauperum advocatus, qui alibi *sumptu publico* salariatur, uti de *Romano* testatur GREGOR. Thol. *Syntagn. 49. Cap. 6. num. 11. de Neapolitano, & Gallicanis* BARBOS. in *Cap. 1. de off. jud. num. 6.* In Germaniâ plerumque militant stipendiis

diis Retributori
pensis. Voluit
Conc. Mediolan
rum, quem con
vel alius pius
atque officii deat
Altitio. Pauper pri
per attestatum ju
ris sit, Parochi p
rum paupertatis,
Tit. 77. §. 2. Th
1. Tit. 11. §. 2.
pertatis, secunda
in casum victoriæ

6. Advocati vel v
tur, quod pleru
compelluntur. *

* Si nempe pars li
sibi, iudex imple
off. jud. Imò, lice
advocatum. l. 9. §.
tit. Praetor: si per
habebunt advocatu
lias iudicii ex cap
vel reus tenetur i
sine suo advocato
pedimentum, sit

diis Retributoris cœlestis, & spe vincendi cum expensis. Voluit autem S. CAROLUS Borromæus in Conc. Mediolanensi III. cap. 13., ut advocatus pauperum, quem constituit Episcopus, esset *Ecclesiasticus*, vel *alius pius homo, christianæ charitatis Operibus, atque officiis deditus.*

Additio. Pauper prius debet probare paupertatem, idque per attestatum *judicii sui domicilii*, vel sicubi ita moris sit, *Parochi proprii*: præstabit quoque *juramentum paupertatis*, quod lege in *Ordin. Camer. part. 1. Tit. 77. & Chur. Eriensis Hof. Gerichts. Ordnung part. 1. Tit. 11. §. 2.* estque principaliter *assertorium* paupertatis, secundariò *promissorium*; solvendi honorariū in casum victoriæ, aut melioris fortunæ.

6. Advocati vel *volentes* à *volentibus assumuntur*, quod plerumque fit: vel officio *judicis compelluntur.* *

* Si nempè pars litigans invenire nequeat patronum sibi, *judex imploratus* tenetur providere. *Cap. 1. de off. jud.* Imò, licet nemo sit, qui petat; *ultrò* dabit advocatum. *l. 9. §. 5. ff. de offic. Procons.* Neque enim ait *Prætor*: *si petant advocatum, dabo*; Sed: *si non habebunt advocatum, ego dabo*: idque, ut eviretur nullitas *judicii ex capite indefensi*: nec quisquam actor, vel reus tenetur in ullâ *judicii parte* aliquid gerere sine suo *advocato*; ut hujus absentia, vel aliud *impedimentum*, sit *justa causa petendi inducias usque*

B

ad

Vol. 11. 1
12

ad ejus reditum: sumitur ex *Cap. 1. ut lit. non contest.*
Add. l. 15. §. ult. ff. ex quib. caus. maj. Non obstat
Cap. 4. de dol. & cont. nam ibi 1) solita contumaciæ
 malitia præsumptionem fecit contra reum, quod præ-
 textu non habiti advocati rursus tantum frivolam di-
 lationem quæreret: 2) dum reus jubetur respondere
super factò, defectus advocati non est causa justa recu-
 sandi responfionem. 3) ex verbis: *postmodum, & semel*
eum convocetis, apparet, quod satis ei temporis datum
 fuerit, quærendi advocatum. Nisi fortè nimis diu
 protelaretur causæ exitus, nisi quoque ad me-
 liùs eruendam veritatem expediret, *semotis advoca-*
tis, solas partes audiri in Secreto judicis. Arg.
Cap. 14. de judic. ubi: Principales personæ non
per advocatos, sed per se ipsas, factum proponant. add.
Cap. 1. eod. in 6. ejusque verba: nisi pro veritate di-
cendâ.

lit. 3.

7. Qui *compelluntur*, aut erant *verè inviti* ;
 aut tantum *quasi nolentes* per quandam cu-
 rialitatem: quoniam metuunt, & *imagine*
compulsionis declinare offensas aliorum ex hâc,
 illâve advocacione intendunt. *

* Quæ res ad eum casum pertinet, quo quis vel *ambi-*
tione adversarii, vel *metu*, patronum non invenit. l. 1.
 §. 4. ff. h. t. Modis autem maximis providendum est,
 nequi prævaleant usque eò in civitate minis suis, at-
 que

que vindictis, ut
 eos cuiquam patr
 adversarii sui poten
 erit ei, qui præest
 se gerat, ut omni
 nem suscipere. d. l.

QU
 Ad bu

la sint etiam in cr
 reis advocati?

Affirm. per l. 32. §.
 relinam art. 88. fan
 patronus mihi deneg
 denegabitur, si de
 cur? Vid. OLDEN
 riam quorundam, e
 sueudinem, utit
 tenendum est cum p
 scabinatum: nec p
 sus inquisitionis: cu
 rians defensio, quæ j
 eandemque inquisito
 ad accusationem, qu
 per se inepta est cor

que vindictis, ut nullus advocatorum audeat contra eos cuiquam patrocinari : nam *opprimi aliquem per adversarii sui potentiam non oportet* : imò invidiosum erit ei, qui præest provinciæ, si quis tam impotenter se gerat, ut omnes metuant, adversus eum advocatorem suscipere. d. l. i. §. 5.

QUÆSTIONES

Ad hunc Paragraphum.

Ad num. 6.

An sint etiam in *criminalibus* causis indulgendi reis advocati ?

✠. *Affirm.* per l. 32. §. 2. ff. de procur. & Nemesin Carolinam art. 88. fanè, si pro vindicando vili pecore patronus mihi denegari non potest, quâ humanitate denegabitur, si de sanguine, & corpore meo agatur ? Vid. OLDENCOP. *Observ. crim.* 4. ubi contrariam quorundam, etiam Germaniæ, tribunalium consuetudinem, utut antiquissimam, impugnat. Et hoc tenendum est cum potiori, & saniori parte aliorum scabinatum : nec purgat hanc inhumanitatem *processus inquisitionis* : cum & in isto concedi debeat *sufficiens defensio*, quæ juris naturalis est : unam autem, eandemque *inquisitoris* personam peragere tam, quod ad *accusationem*, quàm quod ad *defensionem* pertinet, per se inepta est contrariorum studiorum in eundem

animum conjectio. Non excipimus atrociora ab hoc beneficio *delicti*, ne ipsum quidem *lesæ Majestatis crimen*, non obstante *l. 5. §. 2. C. ad leg. Jul. majest.* quæ solummodò verat *si applicare Principi* pro condonando hoc crimine.

Ad eundem Num.

Quando accusato criminis indulgendus sit advocatus ?

1. Petenti non tantùm *tunc demùm*, cùm instructio ferè potissimam in partem processu *disputatio ultima* super *absolutione*, vel *condemnatione* suscipitur; multò minùs, cùm jam est *pronunciata mortis sententia*, ut in quâdam Germaniæ superioris provinciâ solemnitas verè ludicra habet; sed etiam *in ipso vestibulo inquisitionis specialis*; hîc enim maximum est *periculum vulnerandæ causæ* per illegitimas judicis interrogaciones, & inconsultas accusati responsiones. Sit igitur inquisitis *eurematica hæc cautela*, ut se non intromittant *speciali inquisitioni*, nisi petito, & indulto sibi advocato, qui *visis actis processûs informativi* æstimet, utrum suus cliens *indiciis taliter sit gravatus*, nec ne, ut specialem de se inquisitionem excipere de jure teneatur.

Ad.

Quid sentiendum
quod suis advoco
tam contra se,

1. Vituperant multo
advocatis exactione
tarii publici, tene
mine patrocini
hæc prohibitio spe
exemplum FRÂN
Memorandum pro
roli Borbonii jura
nam strenuè defen
mento hoc questio
finè prohibeatur A
extraneo adversus p
tum; cùm sic mil
Superiorem: in
sua patriâ contra
non aliter eis hoc
nid, & relaxatione
dam Principibus,
ritum, jura sua pa
gitur, ita quoque
æquitas; cùm sub
ducere coram ipsis
advocati non admitt

Ad Num. 7.

Quid sentiendum de statuto Principum, per quod suis advocatis prohibent, nequam causam *contra se, vel suum fiscum*, acceptent?

R. Vituperant multi tale statutum, & jurisjurandi ab advocatis exactionem, eo quod Advocatus, instar Notarii publici, teneatur cuilibet se requirenti sine discrimine patrocinium suum impendere. *l. 7. C. h. t.* sitque hæc prohibitio species cujusdam oppressionis; laudant exemplum FRANCISCI I. Galliarum Regis, cui *Moniholonium* promovendi motivum erit, quod Caroli Borbonii jura contra Regem, matremque Reginam strenuè defendisset: verum nos cum temperamento hoc quæstionem resolvimus, ut quidem rectissimè prohibeatur Advocatis, ne patrocinentur *cuiquam extraneo* adversus proprium Principem, vel Magistratum; cum sic militarent contra patriam, suamque Superiorem: in causis verò *subditerum* de suâ patriâ *contra Principem*, vel *Magistratum*, non aliter eis hoc liceat, nisi prius *specificè obtentâ veniâ, & relaxatione juramenti*, quod, sicut à quibusdam Principibus, ad cohibendum advocatorum pruritus, jura sua passim disputandi, rationabiliter exigitur, ita quoque in *causis probabilibus* relaxari suadet æquitas; cum subditi teneantur ordinariè sua jura deducere *coram ipsis Principum dicasteriis*, ubi *extranei advocati* non admittuntur; planè verò indefensos re-

linqui contra potentio- rem, non subsistit. Et sic practi- catur in Treviratu, ubi jurant Advocati, Jhro Chur- fürsif. Gnaden treu, und hold zu seyn, Dero Vorthail, und des Erz-Stiftes hohe Gerechtsamen niemalen zu be- streiten, vielmehr aber besten Fleiffes zu verthätigen. Hof- Gerichts-Ordnung part. 1. Tit. 7. §. 16. Proinde pe- tunt prius veniam, si quis defendendus veniat con- tra prætensiones Camerae, vel aliorum officiorum electoralium: lædunt itaque conscientiam suam illi, qui, saltem clanculum, pro collegiis, & monaste- riis &c. elaborant scripta contra Electoralia jura: nec relevat eos, quòd credant, iniquas esse Syndicorum Camerae adversus subditos prætensiones; quia, *sine verid* manum abstinere debent à contingendis juri- bus Principis, cui fidelitatem jurârunt. *Vid. §. seq. num. 3. lit. b.*

§. II.

Quinam postulare possint, vel non?

- I. **C**Ausis patrocinari, *de genere* quidem *per- missorum*, sive (quæ phrasis Ictorum ea- dem est) *juris prohibitorii* est, ut per se li- ceat omnibus, qui non prohibentur expressè: sed

sed non penitus
goria de genere
offic. procons. *

* Non enim sufficit,
dimittis, quos in l.
vetuit Prator: sed
lites bonæ person
nus aspirantium.

nie dicasteriis rejic
gali, id est, autho
subscripta: Vid. Se
vici ordinatio Consi
finè consultissimè;

lære affectant, hiul
id quod in supremâ
reliatur HUBERUS
Philosophie Professor

ab advocato suo im
rum, quæ pro se c
non possit, proinde
petisset, responsum
verba facere, quàm q

1. Repellunt autem al

1) Condicio statûs
(2) Monachum, non
in canonico: nisi pr

sed non penitus omnino, sicut sunt alia negotia de genere permissorum. l. 9. §. 2. ff. de offic. procons. *

* Non enim sufficit, non esse aliquem de tribus illis ordinibus, quos in l. 1. §. 1. 3. 5. 7. ff. h. t. postulare vetuit Prator: sed desiderantur præterea *positivæ qualitates* bonæ personarum, ad hoc magni momenti munus aspirantium. Quam ob rem in plerisque Germaniæ dicasteriis rejiciuntur omnia exhibita, nisi à *legali*, id est, autoritate publicâ recepto *advocato*, subscripta: Vid. *Sereniss. Elect. Trevir. Franc. Ludovici ordinatio Consistor. de anno 1722. §. 11.* idque sanè consultissimè; ne iudices tot aliorum, qui postulare affectant, hiulcis scribilationibus molestentur; id quod in supremâ Frisiorum curiâ tam rigidè servari testatur HUBERUS *hîc num. 8.* ut, cum quidam *Philosophiæ Professor*, variorum criminum accusatus, ab *advocato* suo impetrare quorundam argumentorum, quæ pro se credebatur militare, propositionem non posset, proindeque veniam dicendi ad tribunal petiisset, responsum acceperit, *nemini in judicio licere verba facere, quàm qui jus postulandi accepisset.*

2. Repellunt autem ab honore Togæ

- a) *Conditio statûs* (1) *Servum* l. 32. ff. de R. J.
 (2) *Monachum*, non solum *in foro seculari*, sed etiam *in canonico*: nisi pro utilitate sui monasterii hoc ei

im-

imperaret Abbas. *Can. 35. XVI. q. 1.* quem canonem quoque ad *Canonicos regulares*, proindeque ad quoscunque Religiosos, pertinere declaravit *Cap. 2. h. t.* (3) *Clericum in sacris ordinibus constitutum*, quoad *judicia secularia*, imò & *in minoribus positum*, si stipendiis ecclesiæ sustentetur. *Cap. 1. h. t. Conf. l. 41. C. de Episc. & Cler. l. 23. C. de Testam.* in quibus dicitur, Clericis opprobrium esse, si peritos se velint ostendere disceptationum forensium. *Excipe: Nisi Clericus suam causam persequeretur, vel ecclesiæ suæ, aut miserabilium personarum*, quæ proprias causas administrare non possunt. *Cit. cap. 1.* vel, si pro *personis propitiis conjunctis sanguine, vel affinitate*, immineat necessitas. *Cap. 3. h. t.*

Additio. Hæc præprimis observabit Sacerdos; cum *sacerdotis sit officium, nulli nocere, omnibus autem velle prodesse.* *cit. cap. 3.* Si enim non potest subveniri alteri, nisi alter ledatur, commodius est, neutrum juvari, quam gravari alterum. *Can. 10. XIV. q. 5.* Imò *Episcopus, universique Sacerdotes*, nec pro ecclesiâ, nec pro se ipsis (excepto crimine publico) deberent postulare, sed habere advocatum; cum *ad solam laudem DEI, bonorumque operum actiones* constituantur, & ne, dum *humana lucra attendunt, æterna premia* perdant. *Can. 3. V. q. 3.* Quod vel maximè procedit, si propter sollicitationem causarum negligi debere bonum longè majus *residentiæ.*

b) Sexus

b) Sexus femininis se immisceat, r
l. 1. §. 5. ff. h. t. l.
prohibitive dedit
quæ inverecundè
queravit.

c) Ætas minorem
enim ætatem, si i
tam prætor est rat
quæ ætate, aut pa
publicè de jure res

Additio. Minor 25. a
vocatorum relatus
pro semetipso, caul
ei curator; id quo
contraria, videlicet
univers. rem. jud. l.
git. person. stand. l. 4.
dicitur, aut, si non vid
1. §. 3. ff. h. t. restring
25., solum m
rum advocatus effi

d) Sensuum def
non qui tardè exa
arg. §. 2. Inst. Qui
cretum prætoris ex
(2) Cæcum, id est

b) *Sexus fœminam*, ne contra pudicitiam alienis causis se immisceat, néve officiis virilibus fungatur mulier. *l. 1. §. 5. ff. h. t. l. 2. ff. de R. 7.* Causam edicto huic prohibitivo dedit *Carfania*, improbissima fœmina, quæ inverecundè postulans magistratus plurimùm inquietavit.

c) *Ætas minorem 17. annis.* *l. 1. §. 3. ff. h. t.* Hanc enim ætatem, si *in totum* completa fuerit, moderatam prætor est ratus ad procedendum in publicum; quâ ætate, aut paulò majore, fertur *Nerva filius* et publicè de jure responsitasse.

Additio. Minor 25. annis, major 17., in canonem Advocatorum relatus, non tantùm *pro aliis*, sed etiam *pro semetipso*, causam orare potest: dummodò assistat ei *curator*; id quod solùm evincunt leges in speciem contrariæ, videlicet *l. 45. §. 2. ff. de re jud. l. 4. C. si advers. rem. jud. l. 11. C. qui dar. tutor. l. 2. C. qui legit. person. stand. l. 4. C. de auth. præst.* tunc enim satis defenditur, aut, si non videatur esse defensus, necesse erit, legem *l. §. 3. ff. h. t.* restringere, ut major 17. annis, minor autem 25., solorum *majorum*, non *minorum*, & *pupillorum* advocatus esse possit.

d) *Sensuum defectus* (1) *Surdum*, nempè eum, non qui tardè exaudit, sed, qui prorsùs non audit. *arg. §. 2. Inst. Quib. non est permiss.* quia surdus decretum prætoris exaudire non potest. *l. 1. §. 3. ff. h. t.*
 (2) *Cæcum*, id est, utrisque luminibus orbatum (monoculi

C

noculi

b) Sexus

noculi enim, & lufci plures funt) quia magistratûs insignia revereri non potest. *Ibid.* §. 5. Hodie tamen, cum plurimos labores conficiant advocati Germanorum in adibus, surdus poterit defervire partibus scribendo, cæcus dictando libellos: & tantò minùs hæ calamitates *supervenientes* advocatum semel receptum togâ exuent. Certè Joannes Baptista PELINGOTUS per plures annos in cæcitate exercuit advocatiam, teste THOM. Act. de *privil. infirm.* part. 1. Cap. 21. num. 16.

Additio. De *muto* nihil est in textu: quoniam non opus erat apud Romanos, ubi desideria *oretenùs* proponebantur, hunc lege remove: posset tamen *ex accidente factus mutus* in illis judiciis, ubi *scripturis* potiùs, quàm *linguâ* concertatur, dispensativè admitti.

e) Turpitude personæ (1) *Passum* corpore *muliebria*, five *mastupratum*, voluntariè. l. 1. §. 6. ff. *h. t.* (2) *Passum* se honorari in arenâ, aut cum bestiis luctatum: *ibid.* (3) *crimine damnatum*: *ibid.* (4) *omnem infamem*. l. cit. §. 8. cum toga sit dignitas; infamibus autem portæ non pateant dignitatum. R. J. 87. in 6. (5.) *Lucrorum aucupam*. l. 16. §. 5. C. h. t.

f) Catholicæ fidei defectus *Paganum*, *Judeum*, & *hereticum*: * quia oportet advocatum esse imbuum Catholicæ religionis mysteriis. l. 8. C. h. t. l. 15. C. de *Episc. aud.* Nov. 144. cap. 2. vers. *præterea*. quibus legibus sublata est l. 24. C. *Theod. de Jud.*, quæ Judæis, liberalibus studiis institutis, exercendæ ad vocationis non interclusit libertatem.

* In

In judiciis mixte
antiquam Imperii
rum novarum tole
ter advocatos: ut
lis, quæ promiscu
communi idoneum
etis patrocinariis
g) Censura excom
municacione majore. C.
que judices secular
ut ipsi talem à patro
nam de notoriis Cle
est intelligendum;
possit excommunic
ejusmodi hominem.
h) Pœna (1) Eum
rationabili causâ, hoc
de anno 1495. §. 23
si in hac sævitate pe
cacione interdictum
quoque Præfides i
petuum interdictur
princ. ff. de pœn.
Equilibrium adv
ne lic. potent. patro
Additio. Judex quoque
est meritum nobili
unâ parte consistant.

* In *judiciis mixtæ Religionis* per Germaniam, præter antiquam Imperii Religionem, quæ Catholica est, duarum novarum toleratarum professores admittuntur inter advocatos: uti nec in auditoriis Catholicorum illis, quæ promiscuè finunt postulare quemlibet de jure communi idoneum, exceptio hujus defectûs prædictis patrocinatoris opponi potest.

g) *Censura excommunicatum*, scilicet excommunicatione majore. *Cap. 3. de Sent. excom. in 6.*, possuntque iudices sæculares censuris ecclesiasticis compelli, ut ipsi talem à patrocinando repellant: quod non solum de *notoriis Clerici percussoribus*, aut *denunciatis*, est intelligendum; sed de quovis alio, cui probari possit excommunicatio, ne dehonestetur Toga per ejusmodi hominem.

h) *Pœna* (1) Eum, qui jussus patrocinari, absque rationabili causâ, hoc detrectavit. *l. 7. C. h. t. Ordin. Cam.* de anno 1495. §. 23. (2) Qui pactus est *de quotâ litis*, si in hâc sævitate permanserit. *l. 5. C. eod.* (3) *Advocatione interdictum*: moris est enim, advocacionibus quoque Præsides interdicere: & nonnunquam *in perpetuum* interdicitur, nonnunquam *ad tempus*. *l. 1. princ. ff. de pœn.*

i) *Æquilibrium advocacionis* *potentio rem tot. tit. C.* ne lic. potent. patroc. litig. præst.

Additio. Judex quoque providebit, ne hi, quos in foro aut meritum nobilissimos fecerit, aut vetustas, in unâ parte consistant, aliam à rudibus, atque tyronibus

bus necesse sit sustineri; sed æquilibrium fervetur. l. 7. C. h. t. Hodie istud non curant amplius iudices nostri, nisi fortè in criminalibus debeant; quia causæ apud nos non declamationibus defenduntur, sed scripturis; ut facilè imbecilliori advocato suppetias ferat auxiliator peritus; ne dicam, sæpè veteranos, & famâ hilariores Causidicos superari solertiâ juvenum.

Vid. g. 1.

k) Muneris incompatibilitas *Judicem* l. 6. princ. C. h. t. Potest tamen iudex, aut assessor primæ instantiæ esse patronus triumphantis partis in secundâ appellationis: de quo BRUNNEMAN. in d. l. num. 6. sanè non dubito, quin is, qui in primâ instantiâ iudex fuit, in secundâ instantiâ patronus fieri possit. Consentunt CAPELLA THOLOSANA decis. 278. ANTON. FABER in Cod. h. t. definit. 1. WURMSER. lib. 1. Tit. 1. observ. 7. id quod tum ad ipsius iudicii à quo existimationem pertinere videtur, cui semper honestius est, confirmari sententiam, quàm reformari; tum verò ad hoc, ut vera causæ momenta iudici altiori eò meliùs proponantur; id quod aliquoties cum bono eventu accidisse meminimus. Dixi: *Triumphantis partis*: infame quippe foret, *parti victæ* patrocinari, & propriam impugnando sententiam fateri turpitudinem. Et hoc verum est, tamen aliquis assessor, vel scabinus majoribus collegii sui suffragiis dissensisset; quia nihilominus & ipse taliter sententiâ se censetur. Arg. tot. tit. de his, quæ fiunt à maj. part. capit.

Ad-

Aditio. De rigore
tempore esse assessor
suo iudicio, sed nec
cum satis abundeq
causis perfectissim
fungi, ne, cum aliq
bene peragat. Ibid.
quis vult esse causidi
pore agendi, sibi scie
tus est: nec putet qu
tractum, cum ipse
tempserit jus sedendi
veris Germania par
get, ut, qui sunt
Scabini in uno dicat
dicos in cæteris; qu
authoritas horum vir
ribus inspiret metum
cordatè ausint obvia
ad lit. i. suprà. In e
causarum patronis,
convenit; cum plur
cogitare malumus,
Sereniss. Elector. T
pro Consistorio eccl
§. VI. sub gravi pœ
tium Trevirensis, au
cousinantes, à mu
causis ibidem pendent

Additio. De rigore Codicis non potest aliquis eodem tempore esse *assessor*, & simul *advocatus*, nedum in suo *judicio*, sed neque *in alieno*. l. ult. C. de *assessor*. cum satis abundeque sufficiat, vel per *advocationem* causis perfectissime patrocinari, vel *assessoris* officio fungi, ne, cum aliquis ad utrumque festinat, neutrum bene peragat. Ibid. & l. 6. §. ult. C. h. t. ubi: *Quisquis vult esse causidicus*, eam solam, quam summet tempore agendi, sibi sciet esse personam, quousque *causidicus* est: nec putet quisquam, honori suo aliquid esse *tractum*, cum ipse necessitatem elegerit *standi*, & contempserit *jus sedendi*. Consuetudo tamen, sicut in diversis Germaniæ partibus, ita etiam in *Treviratu*, viget, ut, qui sunt *Consilarii aulici*, *Assessores*, aut *Scabini* in uno *dicasterio*, agant *advocatos*, vel *syndicos* in cæteris; quæ sustineri potest, dumne nimia *authoritas* horum virorum *advocatis* ex adverso minoribus inspiret metum *reverentialem*, quò minus eis cordatè ausint *obviare*. *Arg.* eorum, quæ dicta sunt *ad lit. i. supra*. In eodem verò *tribunali* mox *stare* cum *causarum patronis*, mox *sedere* cum *cojudicibus*, non *convenit*; cum plura post se trahat *incommoda*, quæ *cogitare* malimus, quàm *scribere*. Itaque ordinatione *Sereniss. Elector. Trev. FRANCISCI LUDOVICI* pro *Consistorio ecclesiastico* de anno 1722. cautum est §. VI. sub *gravi pœnâ*, ut *omnes personæ, consistorium Trevirense, aut commissariatum Confluentinum* constituentes, à *munere advocati, aut sollicitatoris in causis ibidem pendentibus abstineant*.

W. 2

3. Retrahere etiam aliquos debet, ne *contra certas personas* auxilium advocacionis præbeant

a) *Bona fides eum*, qui uni semel exhibuit opem, ne in eadem, vel connexâ causâ defendat ejusdem adversarium; sicque se ipse faciat *prævaricatorem*. l. 4. §. 4. ff. de his, qui notant. infam. Conf. l. 1. C. de adv. 1.

b) *Conjunctio, gratitudo, & fidelitas*, junctim, vel divisim (1) Quibus non licet *agere testem* contra certas personas: non enim minus intendit nocere advocatus, quàm noceat testis contrarius. (2) *Donatarium* contra *donatorem*, ne huic damnum inferat in corpore, aut fortunis, contra l. ult. C. de revocand. donat. (3) *Vasallum* contra *dominum*: quia vasalliticus nexus *integram, & perfectam in se continet fidelitatem*. II. Feud. 7., quæ non patitur, ut vasallus sit in consilio, vel auxilio quolibet contra dominum. Conf. II. Feud. 24. §. 2. II. Feud. 33. §. 1. vers. *similiter*. II. Feud. 6. verbo: *utile*, ne sit in damno in suis possessionibus (4) *Subditum* contra *dominum*, quia juravit huic non tantum *subjectionem*, sed etiam *defensionem*: (5) *Clericum*, ne postulet saltem *contra illam ecclesiam*, à quâ *beneficium* obtinet; aliàs poterit eo spoliari. Cap. 3. h. t. Hoc ad similitudinem. l. 2. C. de adv. 1. quæ Curialibus quidem permittit caufidicorum fungi officiis; ita tamen, ut non contra *republicam* civitatis, in quâ honorem hunc consecuti sunt, eis *adesse permittatur*. Ad-

Vid. 9. 3

Adhuc. Dicitur debent
genis Magistratibus
diti: nam citra om
tra inferiores person
dices illius judicii
licet etiam isti forte
lerent advocatos: o
tia, non fidelitas.
in ordin. Scabinali T
luit quemvis advoc
habet, und ihn heis
sein Wort getreulich th
mercatores: Bürger
men des Fürsprechen W
die ohne von Siprel als na
bunen fudne, oder wol
pag. 313. a.
c) Jactura actionis
advocationem, præbe
mento petenti, & p
ne inofficiosi: agn
quale judicium defu
de in offie. testam.

QUAE

Ad hunc

Ad Num

In Professores juris

Additio. Dicta debent intelligi de solo Principe, & supremis Magistratibus, quorum advocati existunt subditi: nam citra omnem veniam postulare possunt contra inferiores personas, licet forent magnates, aut iudices illius iudicii, in quo quis agit causarum patronum; licet etiam isti fortè ex indulto Principis recipere solerent advocatos: debetur enim his solummodò reverentia, non fidelitas. Quapropter Wernerus Archiep. in ordin. Scabinali Trevirensi de anno 1400. jurare voluit quemvis advocatum, daß er demjenigen, der ihn zuerst begehret, und ihn heischet, unverzüglich gerecht sey, und ihme sein Wort getreulich thue, es gehe wider Scheffen, Weseler: mercatores: Bürger zu Erier, oder wer der sey, usgenommen des Hürsprechen Vatter, Mutter, Suster, Bruder, oder die ihme von Siptel als na wären, daß er es mit gelimpe, oder sust, mit dunen kudne, oder wolte. *Hist. Diplom. Trev. Tom. II. pag. 313. a.*

e) *Jactura actionis ex hereditatum*, ne hic imprudens advocacionem præbeat alicui, legatum ex tali testamento petenti, & propterea removeatur ab accusacione inofficiosi: agnovisse enim videtur, qui quale quale iudicium defuncti comprobavit. l. ult. princ. ff. de in offic. testam.

QUESTIONES

Ad hunc Paragraphum.

Ad Num. 2. lit. k.

An Professores juris simul esse possint advocati?

R. Nee

R. Nec possunt, nec, si possent, expediret Reipublicæ
 litterariæ: *Non posse*, arguo ex cit. l. 6. §. ult. C. h. t.
 quæ nullum aliud officium à causidico vult simul geri,
 nequidem *Assessoris*, etiam in alio iudicio, multò mi-
 nùs ergò *Professoris*; quæ sparta totum hominem oc-
 cupat, siquidem muneri suo velit satisfacere: *Non ex-
 pediret*; quia Professor propter assiduos labores aca-
 demicos nec posset semper iudiciales terminos respi-
 cere, & sic deberent protolari lites; nec per multi-
 tudinem forensium negotiorum liceret ei ferè quid-
 quam aliud in ornamentum rei litterariæ extra tempus
 lectionum lucubrare, aut certè fatisceret brevi sub
 mole perpetuâ occupationum, fori simul & scholæ:
 interest autem boni publici, Professoribus esse sanita-
 tem, vitamque longam: cum non sint *muri*, quibus
 per ruinam everfis, paucos intra menses novus, isque
 semper melior, surrogari queat; sed *arbores*, quibus
 excisis, non mox aliæ ejusdem magnitudinis, ramo-
 rum, & fertilitatis substituentur: ut cætera incom-
 moda taceam, quorum non minimum est, quòd pu-
 ritas tradendi juris ab homine, pragmaticis scriptioni-
 bus assueto, rarissimè custodiatur, & obtentu inutili-
 tatis ea, quæ subtilitate suâ scholasticos vexant, præ-
 terirentur. Quare Sereniss. Elector Trevir. FRANCIS-
 CUS LUDOVICUS in ordinatis pro nostro Stu-
 dio generali de anno 1722. salubriter constituit art. 8.
 Sollen diese Professores aller Syndicaten, Advocatien, und
 Bedienungen deren Partheyen sich gänzlich enthalten.

Ad

An liceat iudici, u-
 cato suum dome-
 commensalem?

Affirm. quin hæc
 deciditur in Cap.
 Cap. 50. de appella-
 non fecisset suspec-
 factum accessisset,
 contra quam suus
 fixit terminum fini-
 batur in hoc capite
 commensalis advoc-
 de leg. nam in ejus
 Episcopus, quàm ej-
 que in iudices à D.
 factus est familiaris
 mensalitate ad ipsam
 alteri parti, quàm
 alia, eaque iusta sui
 let coram patre iud-

Ad eundem

An vassallus semper si-
 lare audeat contr-

Ad num. 3.

An liceat iudici, uni litigantium dare pro advocato suum *domesticum*, sive *familiarem*, aut *commensalem* ?

R. *Affirm.* quin hæc fit justa recusandi iudicis causa : ita deciditur in *Cap. 1. de off. jud. in fin.* cui non obstat *Cap. 50. de appellat.* nam sola commensalitas advocati non fecisset suspectum iudicem, nisi *proprium hujus factum* accessisset, idque illegale prorsus, dum parti, contra quam suus commensalis patrocinebatur, præfixit *terminum finiendæ appellationis*, id quod improbatum in hoc capitulo, non autem simplex admissio commensalis advocati. Nec (2) *Cap. 25. de off. jud. de leg.* nam in ejus casu merito perhorrescebatur tam *Episcopus*, quam ejus *Officialis*, quia ipse *actor* utrumque in iudices à D. Papa postulaverat, & durante lite factus est *familiaris eorum* : affectus autem ex commensalitate *ad ipsam partem litigantem* periculosior est alteri parti, quam *ad solum advocatum partis*. Longè alia, eaque justa suspicio esset, si *filius* patrocinari vellet coram *patre* iudice.

Ad eundem num. 3. lit. b. 3.

An vassallus semper sit privandus feudo, si postulare audeat contra suum dominum ?

D

R. *Sciz.*

Ad

R. *Semper*, five hoc audeat in causâ civili, five in criminali: Arg. II. Feud. 33. & Cap. 3. b. t. dummodo civilis causa sit *modica*, quo verbo hic non intellige *levis damni*, sed *proportionati modi* cum amissione feudi: cum textus non dicat: *in causâ civili, etiam modicâ*: sed *in causâ civili modicâ*, i. e. non minimæ summæ, sed notabilis. Nam *modicum* non semper à *pauco*, sed quandoque etiam à *modo*, *æquo*, & *pari* deducitur, ut observat SPIEGEL in *lexic. jur. civ.* quo sensu *modicum damnum* vernaculè exprimeretur: ein ziemlicher Schaden. Huic resolutioni non obstant verba finalia cit. textûs: *Quidam tamen dicunt*, in criminali *non licere*, in civili *licere*: non enim per hoc istorum quorundam opinio communiori præcedenti præfertur; utpote, quæ civili, & naturali rationi conformior est: *Civili* quidem, ut, ex quibus causis *exhæredatio*, *donationis revocatio*, & *divortium* procedit, ex his quoque *feudi privatio*, quæ ipsa in hoc etiam amplius aliquid habet, quàm *exhæredatio*, & *donationis revocatio*; quòd harum causa debeat esse *una de expressis*; è contra feudi *ademptio* procedat ulterius ex *causis similibus* his, quæ sunt *expressæ*, II. Feud. 24. §. 2. *Naturali* verò *rationi*, quia indignus est frui rebus illius, quem quis consilio, & auxilio spoliare suis contendit; èstque hæc culpa longè major, quàm *dicere testimonium* contra dominum; cum testis non concludat, nec condemnari petat, sicut advocatus.

De qual

Canon ult V
la fama suspet
laudabilis artis
duæ præcipuæ
didatum toge
bitas, existimat
ris intelligentia
posterioris velu
quibus modò.

2. Ac primò quid
integritas postu
alienum, quiqu
tus sit, ne un
causæ sciens vo
jurare omnes ju
quòd improba si
ex mendacibus
scientes, prude
patrocinauntur

§. III.

De qualitatibus Advocati.

1. Canon *ult V. q. 3.* vult advocatum, *non mala fama suspectum, sed bonæ opinionis, & laudabilis artis inventum*: quibus innuntur duæ præcipuæ res, quæ requiruntur ad candidatum togæ advocatice: scilicet 1.) *Probitas*, existimatione publicâ firmata; 2.) *Juris intelligentia*: prioris comes est *modestia*; posterioris velut dispensatrix *facundia*: de quibus modò.

2. Ac primò quidem *probitas*, vitæque illibata integritas postulat animum ab omni malitiâ alienum, quique inflexibili proposito obfirmatus sit, ne unquam defensionis opem malæ causæ sciens volens accommodet: hoc enim jurare omnes jubentur, quòd *causâ cognitâ, quòd improba sit, vel penitus desperata, & ex mendacibus allegationibus composita, ipsi scientes, prudentesque malâ conscientiam non patrocina buntur; sed et si certamine procedente*

Vide gloss.
1

*aliquid tale sibi cognitum fuerit, à causâ recedent. l. 14. §. 1. C. de judic. **

* Hæc civilis constitutio canonizata fuit per GREGOR. X. in *Conc. Lugdun. II. Sess. 3.* quanquam hoc papale decretum non sit in *Sextum Decretalium* relatum; ubi mandatur præterea, ut istud juramentum etiam à *procuratoribus* curiarum ecclesiasticarum præstetur, & *singulis annis* renovetur: malæ causæ patrocians parti læsæ satisfaciât, & duplum ejus, quod pro iniquâ advocacy accepit, restituât. De hæc Justinianâ lege sic exhortatur Conradus LAGUS. *Jur. Civ. method. part. 5. cap. 9. num. 8.* *Præclare sanè hoc constitutum est à majoribus, sed hujus observatio in exiguo est usu: meminere tamen adolescentes, minime contemnendam esse hanc constitutionem, imò etiam si in nullo esset usu, tamen istud judicium majorum eos admonere debet, illos meritò tanquam perfidos reprehendi, qui improbas causas suscipiunt defendendas. Sed, inattentis exhortationibus istis, hodie verum manet, quod suo jam tempore proverbialiter scripserat SPECULATOR: turpes lites turpiores habent advocatos.*

3. Hæc probitas postulat, ut antequam advocatus clientem suscipiat, severè ejus causam rimetur, narrari sibi factum ab ovo usque ad mala cum circumstantiis, ostendi documenta omnia, dici argumenta, postulet, monéatque,
ut

ut sibi ingenue
ritatem, nihil p
co, & causidico
uterque tenet
adverterit, client
(quod non pa
advocatos sub-v
protinus habeat
municet, absque

In hoc examine sit
plura objiciens adv
quomodo pars ip
thodus CICERON
tis: Soleo dare oper
cent, & ut ne qui
& agere adversam
quid de re sua cogit
cum ille discessit, t
anini æquitate, m
suadet SPECULA
tando, opponend
defensiones subeun
§. 26. ff. de numer.
gitata magis splend

ut sibi ingenuè fateatur omnem rei gestæ veritatem, nihil penitus reticendo : nam *medico*, & *causidico* aperienda sunt omnia : & ideò uterque tenetur *servare secretum*. Quòd si adverterit, clientem sibi minùs candidè loqui (quod non pauci faciunt, decipiendo suos advocatos sub - vel obreptionibus) suspectum protinùs habeat, & nisi apertiùs arcana communicet, absque ope dimittat. *

* In hoc examine fit ipse advocatus durus ad credendum, plura objiciens adversùs ejus causam, exspectansque quomodo pars ipsa solvat contraria. Hæc erat methodus CICERONIS, de se *lib. 1. de Orat.* ita loquentis : Soleo dare operam, ut de sua quisque re me ipse doceat, & ut ne quis alius adsit, quò liberiùs loquatur; & agere adversam causam, ut ille agat suam, & quidquid de re sua cogitaverit, in medium proferat : itaque cum ille discessit, tres personas unus sustineo, summè animi equitate, meam, adversarii, judicis. Idipsum fuadet SPECULATOR ; quoniam quærendo, notando, opponendo, disputando, & partis adversæ defensiones subeundo, meliùs veritas invenitur. *l. 18. §. 26. ff. de muner. l. 97. ff. de legat. 3.* quæ sapiùs exagitata magis splendescit in luce. *Can. 7. XXXV.*

4. Ad hanc probitatem pertinet, ut *etiam causa justa* non aliis, quàm *justis, & legitimis modis* defendatur: nam crimen esset, causas, utut justas, *injustè agere*, mendaciis, fraudibus, corruptione judicis, subornatione testium: solum inferre queunt patroni suis clientibus, *quod justum, & verum existimaverint.* l. 14. §. 1. C. de judic. *Calumnia*, propter quam & ipsi jurant, non solum excludit *malam causam*, sed etiam *malas artes*, frivolas circumductiones, industriosas jurgiorum protractiones. l. 6. §. 4. C. h. t.*

* Hinc, si advocatus comminisceretur scripturam ad probandum id, quod verum est, reus esset nefariæ scripturæ instar aliorum omnium, de quibus l. 2. §. 2. de *condict. ob turp. caus.* & l. 1. §. 2. ff. de leg. *Cornel. de fals.* ut litem perderet, & pœnâ legis *Corneliæ* teneretur. Item, si *obreperet* judici, esset obnoxius l. 29. ff. *eod.* Idem erit, si subtraheret aliquid ex actis, aut eâ supprimeret, vel cancellaret. Absit quoque, ut doceat partem, cuncta negando mentiri, aut rectum dictorum suorum sensum cavillosè invertere; licet, exemplo tutorum, & curatorum l. 4. C. de *auth. pr. est.* in responsionibus facti instruere possit clientulum, ne ex suâ imperitiâ, vel juvenili calore aliquid vel dicat,
vel

vel taceat, quod
sum, prodelle ei
Additio. Consuevit
pali, potest cavill
alias repellere, i
dem excludit. l. 7.
Cap. 16. de elect. i
ad magnum gran
revocari deberet.

Non lædunt tam
distrifitates ju
dolis boni, qui c
tia civilis: qui
fuit contentus,
malum: quoniam
dicebant, & pro
bant. l. 1. §. 3.
ex can. 2. XXI

* Ità e. g. dolo plan
rem in consortium
ipse fortè non con
morem obtinendâ.
mitt. ita quoque
tium, ut is lite
amicus pro ignorat

vel taceat, quod, si prolatum fuisset, vel non exprefsum, prodesse ei poterat.

Additio. Consuevit dici, quòd, qui habet *jus in principali*, potest cavillationes, & malitias adversarii per alias repellere, nec videtur fraudem facere, qui fraudem excludit. *l. 77. §. 31. ff. de legat. 2.* GLOSSA in *Cap. 16. de elect. in 6. verbo: malignantium.* Sed hoc ad magnum granum falsi conscientiae in casu emergente revocari deberet.

5. Non lædunt tamen advocati conscientiam *industriositates juris, stratagemata artis, & doli boni*, qui consistunt in *circuitu prudentie civilis*: quia prætor vetans dolum, non fuit contentus, *dolum dicere*, sed adjecit: *malum*: quoniam veteres *dolum etiam bonum* dicebant, & *pro solertiâ* hoc nomen accipiebant. *l. 1. §. 3. ff. de dol. mal.* Facit paritas *ex can. 2. XXIII. q. 2. **

* Ità e. g. dolo planè bono *major etate* suscitabit *minorem in consortium*, pro victoriâ *individuae causæ*, quam ipse fortè non consequeretur intuitu sui, propter *minorem* obtinendâ. *arg. l. 10. princ. ff. quib. mod. serv. amitt.* ita quoque conventus *actione famosâ* roget *tertium*, ut is lite pendente pro illo solvat, *tanquam amicus pro ignorante*: sic enim & *actione liberabitur*
reus

reus, & infamiâ; quia nec paciscitur, nec confite-
tur. ENGEL *ad tit. de solut. num. 8.* Similes incau-
tis vulneratis ad inventiones licitæ in jure nostro, græ-
cè vocantur *Euremata*, quasi sagaciter vestigata au-
xilia; cùm non cuivis incidant. Hæc nôsse est *supre-
ma advocatorum perfectio*: quid enim præstantius,
quàm suggerere in rebus, *directò* conclamatis, reme-
dium aliquod, *ab indirectò*, aut *reflexo* juvans, idque
propitio jure? Hinc sum cupientibus egregiam ad-
vocatiæ famam consul, ut conquirant studiosâ lectio-
ne ad singulos titulos *eurematica*, tam ea, quæ variis
in libris dispersa sunt, quàm quæ in tractatus de hoc
argumento speciales extant collecta. Vid. HEINEC.
de jurisprud. cavent. Ex ICTIS antiquis, quorum
fragmenta JUSTINIANUS retulit in Digesta, scripsit
Herennius MODESTINUS librum singularem *de
Eurematicis*, cujus sententias interpretati sunt Jo-
annes SCHILTERUS, & Henricus BRENKMAN: multa collegit GERDESIUS *in Conclus. jurid. de
Eurematicis*; sed utilissima hæc materia nondum est
exhausta: oporteret illâ vel maximè occupari colle-
gia practica. *Euremata* hæc conciliant causarum pa-
tronis admirationem apud iudices, & alios juris pru-
dentes; licet apud imperitos, qui curandi nequa-
quam sunt, mala immeritâque impropria chicanato-
rum reportent.

6. Honestatem togæ, conscientiam, & decorum
gravitatis, lædit *immodesta dicacitas*: cùm omni
VIRO

viro bono dictum
non assuecat os
vocatis autem
patrocina jur
quàm litium polci
ficiandi, & m
vmpant: non p
gant, quod car
no injuriâ. l. 6. §
ad Sapiens: Q
citis, (sua intemp

laque turpitudines
in testes inferri possu
vont; nec sunt inju
batio deficiat. Et t
culus proximi non e
teit, levissimâ fama
tam voluntate nocer
gesta: unde consui
animo injuriandi, se
Nempè, ut præcla
dans leur ordre natur
os clientis, non, qua
commoti, sed ut libe
eructat: hinc fangu
catus, vel perorabit

viro bono dictum fit : *indisciplinata loquela non assuescat os tuum*; Ecclesiast. 23. v. 17. advocatis autem nominatim : *ita prabeant patrocinia iurgantibus , ut non ultra , quàm litium poscit utilitas , * in licentiam conviciandi , & maledicendi temeritatem prorumpant : non probris , sed legibus certent : agant , quod causa desiderat , temperent se ab injuriâ. l. 6. §. 1. C. h. t. , ** timendo illud Sapientis : Qui aliena temerè manifestat vitia , sua intempestivè audiet crimina.*

* Itaque turpitudines tam in partem adversam , quàm in testes inferri possunt , quatenus exceptionibus inserviunt ; nec sunt injuriæ , sed defensiones , dùmne probatio deficiat. Et tunc christiana regula docet , maculas proximi non exaggerandas , sed , quàm fieri potest , levissimâ famæ læsione describendas fore , non tam voluntate nocendi ; quàm necessitate elidendi ingesta : unde consultum est protestari , *talia non dici animo injuriandi , sed causâ sui juris conservandi.*

** Nempè , ut præclarè advertit DOMAT *loix civiles dans leur ordre naturel. Tom. 2. pag. 183.* , advocatus est os elientis , non , quatenus affectibus contra adversarium commoti , sed ut liberati æstibus illis animi , quos ira eruçtat : hinc sanguine longè frigidiore scribet advocatus , vel perorabit , quàm si pars sua pro se ipsamet

postularet. Quo in phlegmate virili perseverandum erit, licet fortè *antidicus*, suū impotens, in acerba diæteria prorupisset, se solum inhonorans *muliebriter*; cùm enim ambo advocati sibi invicem verbis turpibus maledicunt, ambo à Platone *muliebres* habentur, arbitriòque judicis ære, objurgatione judiciali, aut etiam suspensione ab officio, imò, si incorrigibilitas accesserit, excuratione puniendi sunt. Prudentissimum est SPECULATORIS, antiquissimi pragmatici, consilium, nequis anti-patronum irriter; acuet enim sic hujus animositate, & zelum contra se, præsertim, si juvenis insultet veterano; nam, dicente S. HIERONYMO ad S. AUGUSTINUM, *bos senex fortius figit pedem.*

7. *Secundò* fulgeat in patrono causarum *eruditio* literarum l. 2. C. h. t. & *jurisperitia*. l. II. §. I. C. de advoc. I., * ne sit ei turpe; jus, in quo ex professo versatur, ignorare.

* Sanè non illa nuda *jurisprudencia*, quæ in *simplici legum notitiâ* quiescit; sed *subtilis, ac ratiocinans ars boni, & æqui*, cujus ab illâ discrimen ingens dedimus anno 1753. in Exercitatoriâ de *Juris-prudente, & juris-consulto*, ubi reperientur principia neo-advocatis non inutilia. Eum quippe, qui in continuis fori disceptationibus cum versutissimis conflictatur, oportet, præter *jus planum*, & cuivis de scholæ trivio notum, callere insuper *versuti juris præstigia*, laqueos, & so-

& sophisticam;
ribus, qui & ip
facto, quàm in
solent, dicti pro

Jurisperitiam
do advocatus q
recessoribus per
testimonio Do

l. 3. §. 4. l. 5. §. 4.
§. 2. & seqq. de
mis in locis accep
temporis admitti
est apud HUBE
sic in Galliis inval
rusticus, quinde
juris-consultus fi
miis sufficit Cand
ratio in loco studi
drâ dictata sunt
mantis, examen
plaria manuscrip
tenea mense citius
ratio qualitercunq
candidatus didicer
fundi; atque his
nos, nec in ceter
ibus; in quibus

& sophisticam ; aliàs non erit præstantior procuratoribus, qui & ipsi lites parùm intricatas, magisque *in facto*, quàm in *scrupuloso jure*, consistentes, dirigere solent, dicti propterea in Curiâ Romanâ *Factistæ*.

8. Jurisperitiam comparabit sibi futurus aliquando advocatus *quinquennali studio*, * sub Antecessoribus peragendo : comprobabitque eam testimonio Doctorum juris. **

* l. 3. §. 4. l. 5. §. 4. C. de advoc. 2. junctâ Constit. *Omnium* §. 2. & seqq. de *Concept. digest.* Hodiè quidem plurimis in locis acceptatur *triennale* studium, sed minus temporis admitti, exemplo grave esset : conquestus est apud HUBERUM. *hic num.* 6. MORNACIUS, sic in Galliis invaluisse hoc vitium, ut sesqui mense rusticus, quindecim diebus scriba, vel procurator, juris-consultus fieri potuerit. In nonnullis Academiis sufficit Candidato inscriptio ad collegia, commotio in loco studii generalis, eorum, quæ de cathedrâ dictata sunt ad calamum, exhibitio licet alienæ manûs, examen aliquod formularium, cujus exemplaria manuscripta circumferuntur, possuntque contenta mense citius mandari memoriæ : succedit disputatio qualitercunque peracta, in quâ satis est, quòd candidatus didicerit aliquot horis perfrictâ fronte confundi ; atque his præstitis fit promotio : non sic apud nos, nec in cæteris Germaniæ Catholicæ Universitatibus ; in quibus nemini examinandorum parcitur,

omnes ad diligentiam adstringuntur : quia sicut artium in suo quoque opere invenitur mater instantia ; ita noverca eruditionis est negligentia. can. ult. in fin. dist. 83. incitia verò judiciorum, & totius reipublicæ pestilens morbus.

*** Hodiè plerique Principes, & territoriorum majorum Domini, priusquam alicui largiantur jus advocandi, desiderant *Doctorem*, vel saltem *Licentiatum* in utroque jure. VINNIUS *partit. jur. lib. 3. Cap. 18. lit. y.* tradit de Batavis, apud eos sufficere *solum exhibitionem testimonii gradus*, & præstationem juramenti ad hoc, ut quis togatorum matriculæ inferatur, *absque ullâ ulteriore* in eruditionem candidati *inquisitione* ; quia grave sit, publico academiæ testimonio derogari fidem. Sed, quoniam hæc probandæ doctrinæ species ex quarundam academiæ abusu SICHARDO in *l. 3. C. de testam. milit. num. 3.* est *imperfecta*, & HUBERUS ingenuè fatetur, quòd hoc investigandæ jurisperitiæ medium propè elumbe sit redditum ; atque etiam interdum à Facultatibus juridicis eâ lege promotio decernitur, *ut promotus vel nunquam in vitâ suâ advocacionem gerat, vel non nisi post ulterius certorum annorum studium* ; ideò ab aliis Principibus nulla fit testimonio academico injuria, neque detractio, si de novo probetur supplicans pro advocatiâ, elaborando e.g. casum pro- & contra, per libellum, exceptiones, replicam, duplicam, aut ex actis relationem cum sententia, & rationibus dubitandi, ac decidendi, conficiendo. Vid. *Ord. Camer. part. 1. tit. 18. §. 1.*

Chur

Chur-Driftische
rem à Facultati
cificum, quàm
quorvis clientum

Quam verò ju
beant, qui ali
re gloriosi athle
riæ, & praxe
præcēt. jur. in
quem deflorare
nostro penore

a) Vetat tanquam
didatus jurium in
troiret enim laby
lentum dissolutū i
cente jurispruden
est: scribibile disc
primū se, deinde
tū pessimum est,
b) Ab antecessore,
sermone jus explic
Institutiones, non
tico ; qui textum
systematis huc illu
dissipaverit ; neq
incoante ; sed qui

Chur-Erierische Hof-Gerichts-Ordnung tit. 7. §. 2. vel saltem à Facultatibus expetatur testimonium *magis specificum*, quàm sit promotio, scilicet, *candidatum sine quovis clientum periculo causas in foro agitare posse.*

9. Quam verò juri studendi rationem inire debeant, qui aliquando cogitant in foro apparere gloriosi athletæ, docet vir, quondam theoriæ, & praxeos prudentissimus, HUBERUS *praelect. jur. in pandect. lib. 3. tit. 1. num. 12.*, quem deflorare non erubescimus, paucis de nostro penore apposis: scilicet

a) Vetat tanquam *insanabiliter malum initium*, ne candidatus jurium incipiat à *legendis fori pragmaticis*: introiret enim labyrinthum: corrumpet omne suum talentum *dissolutâ illâ*, aurumque cum scoriâ commiscente *jurisprudentiâ*, si tamen hoc sancto nomine digna est: *scribilare* discet, non *scribere*, fatigaturus ineptiis primùm se, deinde iudices: quòdque hujus mali initii pessimum est, *evadet incorrigibilis.*

b) Ab antecessore, verbi clari, ac meditato, elimatóque sermone jus explicante, primùm excipiat *Justinianæas Institutiones*, non equidem *ex authore aliquo systematico*; qui textum millies dissectum pro servitute sui systematis huc illuc ex simplicitate sui primævi ordinis dissipaverit; neque etiam *ex libro per quæstiunculas incedente*; sed qui *ipsum textum* propinet, illustrans

eundem *facilioribus paratilis*, & *historiâ* sobriè admixtâ *Romani juris*, ostendens velut digito fontes Digestorum, ac Codicis, ex quibus profluxerunt hæ Institutiones, quôque remittunt, addens de- & abrogationes hinc inde factas in *Novellis*, extrahens *principia*, & *axiomata* in suis terminis, obelo transfigens verficulos, qui ad hodiernam juris disciplinam non sunt ampliùs; ubi quidem non improbo, monere sapiùs juvenes de *usu moderno*; ast congerere pragmaticas auctoritates KLOCKII, SANDII, MEVII &c. præmaturum esset: potiùs instruantur presè *ad textum*, & *ex textu*, ut ens illud juridicum, quod *juris ratio*, & *analogia* dicitur, velut lux in eis succrescat, quâ duce interpretentur jura, tum *comprehensivè*, tum *productivè*.

c) Studiosus juris non vacabit *disputationibus problematicis*, nisi fortè obiter, & paucis, antequam totius juris *definitiones*, *partitiones*, harumque *exegetes*, & *certas*, atque indubitatas *regulas* subegerit. Errant, qui magis venantur *gloriam disputabilium*, quàm *notitiam rerum minimè controversarum*.

d) *Pandectas* audiat ex quodam *systematico*: non enim est in contextu legum ibidem sufficiens ordo, qui fa-
veat memoriæ: textus tamen ab authore citatos evol-
vat in continenti, meditetur, casum figuret, ex pro-
positâ hypothesi punctum thesæos depromat, ratio-
nem decisionis indaget, sequelas inferat; ut sic juris-
prudentiam *ratiocinantem* acquirat, continentem ve-
rò sese illam ab omni extra orbitam saltatione. In hoc
cur-

curriculo jam
poterunt, prout
uicque advocatu
contra certare.
e) *Juri Canonico*
quippe studium
juris medulla uti
fabulis, in eo pr
nes ex usu forent
bentur, cum utri
judiciarius longè
bitur: &c, quod
equitas per omne
f) In utroque autem
hæc observentur:
repetitio ejusdem
suis, videlicet *int*
replicationem, *dut*
efformando *advoca*
alia, per *rationes*
magis servit pro fu
tens priorem met
Ut moneat semper
leges pertineant ad
nem: sepiùs enim
exceptionem præpo
exceptione ignoratâ
tam defendant, i
Hoc in argumento

curriculo jam plura *forensia*, *practicâque* immisceri poterunt, prout quoque *problemata disputabilia*; cum utique advocatus discere debeat, subtiliter pro, & contra certare.

e) *Juri Canonico* magnam operam navet tyro: hoc quippe studium proximè praxin conducit: utriusque juris medulla utilis, ressecatis inutilibus, & antiquis fabulis, in eo proponitur: rerum dubiarum decisiones ex usu forensi dabantur: tot casus practici exhibentur, cum utriusque partis fundamentis: processus judiciarius longè ordinatius, quàm in civili jure, describitur: &, quod præcipuum in judiciis esse debet, *æquitas* per omnem paginam spiratur.

f) In utroque autem auditorio, sive magisterio prædicto hæc observentur: (1) Ut, si ita ferat canon, aut lex, repetitio ejusdem *resolvatur in partes forensis processûs*, videlicet *intentionem actoris*, *exceptionem rei*, *replicationem*, *duplicationem*. Hæc enim methodus efformando *advocato* commodior est; dum contrà illa alia, per *rationes dubitandi*, & *decidendi* incedens, magis servit pro futuro *judice*, poteritque teneri, quotiens priorem methodum textus non subministrat. (2.) Ut moneat semper antecessor, quænam capitula, & leges pertineant ad *regulam*; quænam verò ad *exceptionem*: sæpiùs enim advocati labuntur in hoc, quòd *exceptionem* præposterè convertant in *regulam*, aut *exceptione* ignoratâ, vel etiam callidè dissimulatâ, causam defendant, impugnentque *per generalia scita*. Hoc in argumento, tradendi regulam, & exceptiones,

nes, præclaram operam præstitit VIGELIUS in *method. jur. can. & civil.*, quem factem emeriti studiosè legant, ut in quavis materiâ inveniunt exceptiones, & replicationes. (3). Ut suggerantur *dexteritates illæ eurenaticæ*, de quibus supra; inspirato tamen vatiano odio illicitarum cavillationum; propter quod increpentur illa periculosa ingenia, quæ jam in disputationibus scholæ produnt naturalem habitum ad eas, amando sophismata, & elusorias argumentorum solutiones, distinctiunculas &c. (4) Ut evitetur negotiorum inter se confusio, prout quoque perplexa conceptuum interiorum prolatio, quæ duo vitia confusos scribilitores, quadrata rotundis miscentes, efficiunt. (5) Ut cujusque actionis indoles, requisita, effectus, comoda, incommoda, tradantur. (6). Ut ea, quæ sunt *Juris Germanici* communiter utilitati, nec non *statutarii*, admisceantur.

Additio. Quæ quidem tyrocinia satis erunt pro his, qui nonnisi *minoris ordinis*, & ut ita dicam, *advocati plebis* fieri amant; alii verò, qui in *altioribus curiis* illustrium causarum patroni cupiunt fieri, his addent *Jus Publicum S. R. I.*, *Jus camerale*, *Jus feudale*, *Historiam universalem*, & *particularem*, tam provinciarum, quàm primariarum domuum, harumque *præfensiones illustres*, atque hunc in finem *studium genealogicum*, & *diplomaticum*, quorsum pertinet *notitia vocabulorum*, nunc propter barbariem vulgò ignotorum, de medio ævo, latinorum, ac germanicorum.

10. Post

10. Post scholæ
valedicet advo
di conservet su
thorem, sibi
jus systematico
aliunde collige
titiè inspicient
tum comment
mendo veteres
dica continent
res. **

* Deficiunt in hoc
SPECULATOR
novum timeat; q
tanquam noviter
feret nimid dilig
obtinere contra an
atque remissi.
Horum lectio,
praxim forenses,
diderunt, quan
evulgant, deli
us: dici enim
farraginem multi
bona, proferente
sed ex respectu a

10. Post scholæ valedictionem nunquam tamen valedicet advocatus *theoria*; quatenus in viridi conservet sua studia: *retinebit autem *authorem*, sibi à *juventute* familiarem, in cuius systematicos loculos tribuat, quidquid aliunde colliget *boni grani pragmatici*: quotidiè inspicientur *corpora juris*, adscitis *textuum commentariis*, quos inter advocatis commendo *veteres*, utpotè plus soliditatis *iuridicæ* continentes univèrsim, quàm *recentiores*. **

* Deficiunt in hoc sæpè *veterani* advocati; quos monet SPECULATOR: *cautus sit antiquus advocatus, ut novum timeat; quia leges, & jura in promptu habet, tanquam noviter ex studii fornace eductus; insuperque fervet nimia diligentia in vincendo, quo fit, ut sæpè obtineat contra antiquos, qui ut plurimum sunt desides, atque remissi.*

** Horum lectio, tam eorum, qui *usum modernum, praxin forensensem, ordinem processus, cautelas &c.* tradiderunt, quàm qui *consilia, & decisiones casuum* evulgârunt, delicatæ sit *criseos*, cautique selectus, & usûs: dici enim vix potest, quantam garrulitatum farraginem multi conscripserint, sæpè etiam fide non bonâ, proferentes principia multa, *non amore justitiæ, sed ex respectu aularum, vel dominorum, à quibus*

salaria, & pensiones obtinebant : hinc v. g. alii eorum jura Principum plùs æquo attollunt, Status provinciales, Landsassios, subditos, per omnia deprimunt : alii econtrà his nimias habenas laxant, Principibus suam detrahentes authoritatem : alii Nobilitatem equestrem summis modis exaltant ; alii libertates ejus ferè per omnia impetunt favore Principum : alii sunt nimii pro Clero, alii pro Sæcularibus, alii pro Regularibus, alii pro Episcopis &c. Hinc videndum, quo sub pane, quóque spiritu scripserint finguli, & quibus fundamentis : *quia non omnes in omnia, sed certi per certa, vel meliores, vel deteriores inveniuntur.*
l. i. §. 5. C. de vet. jur. enucl.

II. Cum his instructoribus *mortuis* conversari non sufficit : nam & *vivorum* manuductione opus est, illorum nempe virorum, qui in advocacy longâ consummati sunt, habentque approbationem publicam, quòd solidè causas defenderint, providè conduxerint, & styli puritate, ac nitore emineant ; in horum pyriateriis desudandum est : horum scripturæ illustriores semel, atque iterum legendæ ; cum his super conductu totius processûs deliberandum ; his auscultandum, quando examinant clientem circa factum.*

* Quem-

* Quemadmodum
fectus Magistra
na: non tollit
nec volus, & f
pientiam civi
vidid communi
ut de se ait S
defectu, quam
laria, graves s
eligatur Raba
sum educabit
succrescent ge
Additio. I. Qu
Trevirenses,
per consulebar
licana Parlam
briores advoc
apud nos, siq
nearum defen
lice, tum pra
tim Wetzlar
quavis prapa
nimis ardua;
binacu, aut C
exactissimus o
quarant instru
tissimum Cam
tas, & profec
tus ultimato
cinium.

* Quemadmodum in omni disciplinâ quærendus est perfectus Magister, ita, & in addiscendâ praxi causidicina: non solum autem perfectus, sed & patiens, benevolus, & fidelis tyroni sibi commendato: qui sapientiam civilem & sine fictione didicerit, & sine invidia communicet, & honestatem illius non abscondat, ut de se ait SALOMON Sap. 7. v. 13. Cujus virtutis defectu, quàm sunt multi, qui Romæ, Viennæ, Wetzlaræ, graves sumptus frustra impenderunt? Sed nec eligatur Rabula; quia malitiosus præceptor perversum educabit discipulum, & sic in foro identidem succrescent genimina viperarum.

Additio. I. Quorsum mittendi sint scholarum prolytæ Trevirenses, sæpè deliberatur; ego, quotiens desuper consulebar, suasi; ut mitterentur primum ad Gallicana Parlamenta, & Officialatus, horumque celebriores advocatos; quia pro Consistoriali advocato apud nos, siquidem appellationibus trium Suffraganeatum deservire velit, requiritur, tum linguæ Gallicæ, tum praxeos gallicanæ notitia: deinde non statim Wetzlariam, quod quidam faciunt; quia sine quâvis præparatione faciliori committerent se praxi nimis arduæ; sed aut Treviris in Consistorio, & Scabinatu, aut Confluentiæ in Parlamento aulico, cujus exactissimus ordo satis deprædicari nequit, bonum quarant instructorem: hæc dicasteria cum servant potissimum Cameralem procedendi stylum, major facilitas, & profectus erit, si quis, jam praxi eorum imbutus ultimato Wetzlaræ coronet pragmaticum tyrocinium.

Additio 2. Non cum solis advocatis practicandum est, sed procurandus insuper accessus ad *judices*, & *assessores*; horum legendæ sunt relationes, horum exquirendi sensus de utriusque advocati in causis labore, utrum egregius fuerit, nec ne: sæpè enim advocatus triumphat, & nescit, quare; sæpè succumbit, cum vel maximè speravit victoriam: talia non nisi divinando, & conjecturando discas ab advocatis, à iudicibus autem genuinè: causa bona non rarò malè defenditur, & iudice, quatenus de jure potest, supplente, vincit: blanditur sibi advocatus de suâ dexteritate; cum referens clam fugillet ineptiam ejus, vel inertiam: sæpè aliquid est in facti specie, quod neuter advocatus respexit, & promovit, relator autem advertit: hinc multùm præ aliis proficiet, qui, quantum iudicis secretum permittit, hos frequentat, & audit. Quibus hæc rarior fortuna non obtingit, hi suppleant lectione celebrium virorum, qui ediderunt *observationes forenses*, quos inter sunt Perill. viri in Camera Imperiali Assessores de LUDOLFF, & recentius de CRAMER *Weslarische Neben-Stunden*.

12. Quoscunque autem præceptores in hæc ascesi adhibeat juvenis, quantumcunque laboris impendet, nunquam tamen evadet aliquis; si *tertiò* illi non fuerit naturæ dono *sal mundi*, nempe *sanum valdè, acutèque videns iudicium*:
* oportet enim advocatum cujusque facti veram

ram causam
nerit, media
dicus, qui no
feliciter cura
etiam minuta,
prehenderit, si
debole explorat
declinet major
bages, & pro
sive sua incon
ditas, conjic
posset.

* Si naturaliter bono deo, inquit HU
est hujus rei pe
Nihil hic aliàs
Dialectica erudi
dexteritas scholastic
dici, non solius
decisoria (crino
medium educat,
nesque, succinctè
sistat, nec ab illis
tiatur.

ram causam requirere , & , cùm initia inveni-
 nerit , media , exitumque , cogitare posse : me-
 dicus , qui non benè judicavit morbum , in-
 feliciter curat , sic & advocatus ; nisi omnia ,
 etiam minuta , in quibus est lis , judiciosè com-
 prehenderit , suæ , & oppositæ partis , *forte , ac*
debile exploraverit , contra pericula caveat ,
 declinet majores tricas , scrupulositates , am-
 bages , & processûs asperitates , in quas eum
 sive sua inconsiderantia , sive adversarii calli-
 ditas , conjicere , aut paulatim inducere
 posset.

* Si naturaliter bono judicio destituatur advocatus , sua-
 deo , inquit HUBERUS , res alias agat ! nam (quod
 est hujus rei pessimum) tempore non comparatur .
 Nihil hâc aliàs juvat Grammatica , Rhetorica , vel
 Dialectica eruditio , nihil ipsa legum scientia , nihil
 dexteritas scholastica in thesi : hoc est enim *opus ju-*
dicii , non *soliùs literaturæ* , ut advocatus *puncta causæ*
decisoria (crinomenon dicimus) benè advertat , in
 medium educat , probet , iisque juris textus , ratio-
 nesque , succinctè , clarè , signatè applicet , iisdem in-
 sistat , nec ab illis per adversarii ambages averti se pa-
 tiatur .

13. *Quartò* ab his, qui aspirant ad togatorum collegium, requirit *l. 7. C. de advoc. 1.*, ut sint *facundia studiis eruditi, & perspicui*: quatenus *gloriosa vocis confisi munimine causas perorent.* *

* Hoc eloquentis linguæ dono quondam erat opus *Romanis* causarum patronis, & hodiernum *Gallis*, apud quos perorantur causæ: quapropter in tali avvocato desideratur: præter acutum ingenium, vastam memoriam, imaginationem vivam, excelsas inventiones, ordinatam dispositionem, comptam elocutionem, pro insinuatione personæ, & dictorum ejus, præcellens oris, totiùsque corporis dignitas, vultus, quo solo conspecto primi meriti advocatum metiaris, loquela facilis, & animos suâ virtute illicò subiens, vox canora, flexibilis, & penetrans, pronuntiatio distincta, & suavis, robusti pectoris temperato impetu sustentata, & sine quâ nihil tale placet, *liberalis audacia* citra trepidationem, fines tamen modestiæ, ac erga iudices reverentiæ, per impudentiam non excedens: hisce exterioribus illiciis, ajunt Galli, quotidiana miracula in foris eorum patrata fuisse; cum non solum bonæ causæ faciliùs pervicerint, sed & minùs bonæ, sub colore quodam certitudinis, vivæ vocis virtute iudicis fidem, motumque animi lucrata; dum econtra optima fundamenta, ex ore timidorum, aut ineloquentium prolata, peribant, tanquam elumbia. Super

istâ

istâ consuetudi
RUS hic num.
placet nos Ger
pris domi lab
plentur; sum
dexteritatis; &
pompâ dictantur
num, cum tran
que veritatis an
tur: nimis enim
fucis rhetoricis,
los iudices, quo
suadent. Quapro
quondam gallica
Tom. 1. pag. 136
inquit, doivent d
clairement, & le
sible, les circonfa
la decision de la
leur partie, & n
plutôt la netteté
mens, que les fle
faut éclairer les ju
ris juvenilitate li
negas in re gravi
quam utilis lectu
in plures tomulos
translatas, sub ti
lentiam casuum, t

istâ consuetudine, causas declamandi, affert HUBERUS hîc num. 9. rationes pro, & contra. Nobis præplacet *mos Germanorum*, quo causæ *ordinariæ* in scriptis domi laboratis deducuntur, & successivè complentur; *summariæ* verò ex arenâ (id quod multæ dexteritatis, & peritiæ est) ad protocollum sine pompâ dictantur, deinde verò, citra strepitum oratorium, cum tranquillitate, & verborum simplicitate, quæ veritatis amica est, in secreto judicis expenduntur: nimis enim periculosum est, exponere justitiam fucis rhetoricis, atque illecebris sermonum decipi illos judices, quos verba magis, quàm argumenta persuadent. Quapropter ipsemet HERICOURT, homo quondam gallicæ togæ, in libro: *les loix ecclesiastiques*. Tom. 1. pag. 136. §. 32. talia improbat: *les avocats*, inquit, *doivent dans leurs plaidoiries expliquer le plus clairement, & le plus sommairement, qu'il leur est possible, les circonstances du fait, qui doivent servir pour la decision de la contestation, expliquer les moyens de leur partie, & repondre aux objections, recherchant plutôt la netteté, la justesse, & la solidité des raisonnemens, que les fleurs, & les figures de l'éloquence: il faut éclairer les juges, & non les enouvoir.* Certè viris juvenilitate liberatis odiosissima res est, ejusmodi nugas in re gravissimâ audire, vel legere: atque idè, quàm utilis lectu est liber, gallico primùm sermone in plures tomulos congestus, deinde in germanicum translatus, sub titulo: *causes celebres*, propter *insolentiam casuum*, tam est, mihi saltem, ingratus propter
affe-

affectationes phrasium, & superfluitates rhetoricas: præclaram operam faceret, & minoris molis opus, si quis eum, deterfis fucis, refecatisque inutilibus, cum simplicitate casûs, & fundamentorum, repurgatum ederet in formâ juridicè purâ. Optima igitur *fori facundia vocalis* hæc erit, ut, quotiens advocatus, sive coram tribunali, sive domi (quod Italis est in usu) oretenûs informat judicem, aut referentem, causâ omnis meditato, brevi, claro, atque civili sermone proponatur; *litteralis* autem, ut stylus germanicè scribendi sit medius, tam sine cothurno Saxonico, quàm sine vitiis plebeji sermonis, nitidus, purus, pressus, & stringens; ne tibi, si immensas periodorum spiras convolvas, modulos poëtarum, Plauti comœdias, aliâsque doctas puerilitates rebus seriis commisceas, dicatur: *Quid vult Semini verbius hic?* Actor. 17. v. 18. Quam phrasin explicat S. GREGOR. *relat. in Can. I. dist. 43. circa fin.* ubi hanc in rem non pauca applicabilia. *Verborum inanum* captiones excludit *l. ult. C. qui adnit. ad honor.* Et, qui effuso sermone se jactat, in promptum incidit sui periculum. *l. fin. C. de dot. promiss.*

QUÆSTIONES

Ad hunc Paragraphum.

Ad Num. 2.

- I. An liceat advocato defendere accusatum criminis, quem prævidet justè condemnatum iri?

R. Li-

a. Licet, ad cer
absque omni
cessus querelam
tem morietur
dinis cum me
nalis magna ob
missis circa ea
tem defectu forn
Galliâ non est i
nitatem plura
bus est interrog
3.) Ne imperfe
plenæ pro pleni
xii pro omni exc
infigatur pæra o
esset extraordina
tigatæ: sapè er
quod judex non
dicio Can. I. IV.
tate, testes verita
candam causam.
NE, ad minuen
Aditio. Hoc semp
modò licitis, & i
caro reus defenda
& ordinationem
defensio, boni vir
An semper advo
justam?

R. Licet, ad certos fines, nempe 1.) Ne inquisitus sit absque omni solatio patrocinii, neve ad ultimum processus *querelam indefensi* moveat: cum advocato autem *moriatur in formâ*, sicut dives deploratae valetudinis cum medico. Sanè *formalium processus criminalis* magna observatio fiet ab advocato, ut, *post commissas circa ea nullitates*, salvet in finali calculo clientem *defectu formæ*: qui modus evadendi supplicia in Galliâ non est infrequens. 2.) Ne accusatus per fatuitatem plura confiteatur judici, quàm, super quibus est interrogatus, aut legitimè interrogari potuit. 3.) Ne *imperfectæ probationes* pro plenis, utcunque plenæ pro plenissimis, aut testes exceptionibus obnoxii pro omni exceptione majoribus, transeant. 4.) Ne infligatur *pœna ordinaria, vel exasperata*, cum locus esset *extraordinariæ, aut ordinariæ simplici, vel mitigatæ*: sæpè enim subtiliter invenit patronus rei, quod iudex non animadvertit: unde pro criminali iudicio *Can. 1. IV. q. 3.* dicit: *Judices debent uti æquitate, testes veritate, accusatores intentione ad amplificandam causam, DEFENSORES EXTENUATIONE, ad minuendam causam.*

Additio. Hoc semper salvo, ne *malis artibus, sed solummodò licitis, & in foro gloriosis calliditatibus*, ab advocato reus defendatur, secundum justitiam, veritatem, & ordinationem Carolinam *art. 88. §. 1.*, ut præstetur defensio, *boni viri arbitrato.*

2. An semper advocatus possit suscipere causam *justam?*

G

R. Neg.

uitates reeritas :
 noris molis opus ,
 isque inuicibus ,
 entorum, repu-
 à. Optima igitur
 uotiens advocatus
 quod Italis est in
 aut referentem,
 atque civili ser-
 ut stylus germa-
 e cothurno Saxoni-
 nis, nitidus, purus,
 immensas periodo-
 èarum, Plautico-
 s rebus seriis com-
 verbis hic? Actor.
 GREGOR. relat.
 in rem non pau-
 u captiones exclu-
 et, qui effuso ser-
 didit sui periculum.

accusatum cri-
 demnatum iri.?
 R. Li-

R. Neg. Nam, si deficiat *omnis probatio*, nec spes sit eliciendæ ab adversâ parte ingenuæ confessionis, etiam per juramenti torturam spiritualem, inutilis erit conatus sui clientis: quo casu probus advocatus non tantùm monebit clientem *de periculo manifesto expensarum*, & fortè etiam *satisfactionis*; sed nec imprudenter volenti agere, assistet: quia non cadit in virum bonum, asserere, quæ probare non potest. Arg. *can. ult. II. q. 7.* dicat ergò: amice, *non jus deficit, sed probatio. l. 30. ff. de testam. tut.* *Si verò causâ *justa aliquo modo* possit justificari, licet *nequidem semiplenè*, licitè ei assistitur: dummodo non desperetur, fore, ut inopia probationis juramento, saltem purgatorio, nec præstando verisimiliter, adjuvetur; aliàs rursùm nihil efficeret.

* Et hoc magis, si prosecutio *juris de se certi*, pro foro autem externo *nullatenus justificabilis*, contineret gravem *diffamationem partis reæ*, quæ aliàs bonæ famæ erat: neminem quippe aut diffamare, aut diffamanti cooperari licet, nisi *ex causâ*, & *probationibus competenter exhibitis*. Arg. *Can. 47. II. q. 7.* Casus iste non rarò contingit in actionibus, quas instituunt mulieres puncto uteri, fornicariè, aut sacrilegè, excitati.

3. An possit advocatus defendere causam *dubie justitiæ*?

R. Af-

Affirm. Monit
tie: sepe enim
met incertæ jur
mittant: ubi m
vel unam parte
vel saltem veri d
causam dicimus e
damenris, & pro
tam directè, quæ
cari in neutram p
tra *dubiam justit*
cum quali quali
nihil inter homin
(licet aliquid sit
quandam sollicitam
& sic omnis ferè

An possit advoca
judicat ipse, in
probabilem, ita
index, pro adve
bilio, laturus e

Negat. 1) enim a
suz conscientia, &
rectè judicetur, de
non possit ferre sen
sâ contra probabili
ni, quàm advocati

☞. *Affirm.* Monito scilicet cliente *de periculo succumbentiae* : sæpè enim accidit, ut partes litigantes, ipsæmet incertæ juris potioris, se judici, vel arbitro, submittant : ubi maximè opus est bonis advocatis, qui vel unam partem *ex statu dubii extrahere* conentur, vel saltem *veri dubii bilanci* conservare. Illam verò causam dicimus esse *dubiæ justitiæ*, cujus utrinque fundamentis, & probationibus, tam *facti*, quàm *juris*, tam *directè*, quàm *reflexè*, perpensis, animus advocati in neutram potius partem se inclinari sentit : e contra *dubiam justitiam* non facit *qualiscunque oppositio* cum quali quali fumo juris, vel autoritate; eò quòd *nikil inter homines sic est indubitatum, ut non possit (licet aliquid sit valdè justissimum) tamen suscipere quandam sollicitam dubitationem.* Nov. 4. cap. 1. §. 3. & sic omnis ferè causà redderetur dubia.

4. An possit advocatus defendere causam, quam judicat ipse, *in toto concreto suo esse minus probabilem*, ita, ut, si ipsemet in eâ foret iudex, pro adversarii causâ, *tanquam probabiliore*, laturus esset sententiam ?

☞. *Negat.* 1) enim ageret contra *conclusionem ultimam* suæ conscientiæ, agnoscens, causam adversarii, si rectè judicaretur, debere triumphare, eò quòd iudex non possit ferre sententiam pro *minus probabili causâ contra probabiliorem.* 2.) Non est alia *justitia iudicis*, quàm *advocati*, sed *eadem virtus in utroque*, imò

in quovis justo homine : hæc est autem justitia, ut non distrahatur ab ullius personæ JUSTIORE petitione. l. 31. §. 1. ff. depos. hinc 3.) *minus probabilis* causa non est, *juridicè loquendo probabilis*, nec *minus justa*, est *simpliciter justa* : sed nomen hoc meretur sola *justior causa* : huic enim palmam deferre unicè justum est, auferre simpliciter injustum. Quare 4.) cùm in supposito ipse talis advocatus teneret, judicem, si pro suo cliente pronunciaret, malè judicaturum esse, quâ conscientia in idipsum *positivè cooperabitur* persuasivis mediis, instando, sollicitando, impugnando, & extenuando fundamenta adversantia, ut secundùm illam partem inclinetur victoria, à quâ declinare eam debere ipsemet advocatus, consideratis omnibus, firmiter sentit, & judicat apud animum suum ?

Non refert 1.) Quòd fortè in aliis materiis, ubi de sola honestate actionis, vel omissionis agitur, sequi liceat partem *minus probabilem*, *relictâ probabiliore*, etiam agnitâ ut tali : nam dispar nihilominus est ratio *justitiæ*, quæ, sicut ex cit. l. 31. ostensum est, justitia non erit, quàm primùm à *justiore* causâ distrahitur.

Nec 2.) Quòd judicium hocce advocati re ipsâ errare possit: quia hoc nihil facit ad *rectificandam ejus particularem actionem*, quàm diu non dimittit *fidem propriam de justiore causâ* adversæ partis : sicut, qui eligit suo judicio Prælatum *minus dignum*, præterito *putativè digniore*, peccat, licet is, quem minus dignum existimavit, foret in rei veritate dignior. Errare potest advocatus, sibi persuadendo, quòd *heres ab intestato*,
sciens

*sciens testatoris
 lemmitate volun
 ab hereditatis
 6. de f. & f. tr
 cet, talem no
 institutum hæ
 quidem sententi
 Nec 3.) Quòd c
 possit judici vide
 præ quod senten
 Lib. Bar. ab IC
 Nam si hoc accie
 met advocatus ap
 se, quòd suâ ope
 mi in judicante,
 credit adesse, p
 eam partem, à
 saperet, ut sapit
 logus, nobis, li
 Tract. de f. & f
 tiam: modò jud
 ponderandarum
 non liceat minus
 coram capacibus:
 vocati conscientia
 pronunciarent: c
 ministracionem, i
 peritus? uterque
 nibus talis advoca*

sciens testatoris alium instituentis deficientem in sola solemnitate voluntatem, teneatur in conscientia abstinere ab hereditatis petitione; & tamen MOLINA Tom. 6. de J. & J. tract. 2. disput. 81. num. 22. in fin. docet, talem non posse præstare patrocinium contra institutum hæredem, utpote ad rem injustam, suâ quidem sententiâ.

Nec 3.) Quòd causa, *advocato minus probabilis visâ, possit judici videri probabilior, & sic triumphare, propter quod sententiæ victrices sæpè sunt casus fortuiti.* Lib. Bar. ab ICKSTADT *Opusc. Tom. 1. pag. 823.* Nam si hoc accideret, quod accidere non debere ipsemet advocatus agnoscit, necesse est, eum sentire apud se, quòd suâ ope injustitiam promoverit, motum animi in judicante, *sub specie probabilioritatis*, quam non credit adesse, prætexit autem, conando deflectere in eam partem, à quâ ille recedere potius deberet, si saperet, ut sapit advocatus. Et ideò HENNO Theologus, nobis, licet aliàs sit *probabiliorista*, contrarius, *Tract. de J. & J. q. 6. concl. 2.* limitat suam sententiam: *modò judex, & ejus consilarii sint rationum ponderandarum capaces; ut coram incapacibus saltem non liceat minus probabilem defendere: ergò neque coram capacibus: quia tam hi, quàm illi, iudice advocati conscientia, errarent, si secundum sua petita pronunciarent: quid interest ad erroneam justitiæ administrationem, siue intelligens erret judex, siue imperitus? uterque errat, uterque inducitur persuasione talis advocati.*

Nec 4. Quòd advocati non sit *rem definire*, sed unicè *proponere fundamenta clientis*. Inprimis enim hoc nimum probat, nempe 1.) quòd *improbabilem* etiam causam licitè susciperet; 2.) quòd *minùs probabilem*, coram *judice rationum ponderandarum* incapaci. Deinde advocatus quidem non definit, ad definitionem verò sibi faventem, tanquam finem suæ postulationis, *media moventia profert*, eadèmq; *probabilitate*, quæ sola debet movere judicem, *colorat*, agnoscens, colorationem suam nil aliud esse, quàm *fucum speciosum*, consequenter inducit judicem in tentationem. Aliud longè agit *Advocatus*, aliud *Doctor juris*, qui fortè consultus in causâ, sibi minùs probatâ, rogatu partis, describit saltem motiva pro ipsâ militantia, *nihil concludens ultimò circa justiciam causæ in concreto*, multò minùs *urgens*, *instans*, & *sollicitans*, aut *fundamenta ex adverso*, quæ agnoscit esse fortiora, *refellens*: qualia omnia facit advocatus, non *frigidè* proponens causam, sed *cum calente instantiâ*. Vid. HUBERUS *hic num. II*. Quid autem existimes de conscientia illius advocati, qui, cùm propè finem causæ advertit, se imparem esse refutandis argumentis adversæ partis, ac propterea dissimulat illa, aut quid pro quo dicis gratiâ respondet, *per saniora*, ut quidam scribilant, *juris*, & *facti*, vel *per generalia*, vel *referendo se ad prædeducta &c.* Nonne talis sentit animo, se devictum esse? Nec tamen deserit causam, sed concludit ad sententiam pro suo cliente.

Nec

Nec 5.) Licere
tem licere, ca
testationem:
tur, si hoc per
prudens, ac na
sum quæ tale.
ligione, & ju
cet ab eo postu
Nec 6.) Relevat
periculo, & m
adversæ opinio
neratum iri ejus
sit, quantum ad
neatur damnum
ferunt tamen illi
flectendum erat
cooperetur ad dam
sam fovere sibi
dum? Ergone l
velle fortunis pro
cumbat, id tamen
se minùs proba
lucrum litis exce
suâ advocaticâ,
nocebat triumph
phet, nonne cogi
lioris justitiæ con
tedia, sumptusq;
piere, quod sap

Nec 5.) Licere *advocato*, quod licet *clienti*: huic autem licere, causam *minus probabilem* deducere in contestationem: nam *cliens* quidem à peccato excusabitur, si hoc *per simplicitatem* faciat; secus, si *sciens*, *prudens*, ac *monitus*: quia peteret iniquum, *sibi visum quâ talè*. Quod agnosco, *judicem*, salvâ suâ religione, & *justitiâ*, mihi dare non posse, hoc non licet ab eo postulare.

Nec 6.) Relevat *advocatum*, quod *moneat clientem de periculo*, & *minus justâ causâ*: quo monito putant adversæ opinionis patroni rem omnem absolvi, & exoneratum iri ejus conscientiam: nam, licet hoc verum sit, *quantum ad ipsum clientem monitum*, ne huic teneatur *dammum* reparare, quod suâ culpâ sentit; omiserunt tamen illi reflectere, ad quod principaliter reflectendum erat, nempè, *quâ conscientia advocatus cooperetur ad damnum alteri parti*, quæ justiore causam fovere sibi dignoscitur, *ex voto clientis inferendum*? Ergone licet ex minus probabili causâ nocere velle fortunis proximi? Nónne, *etiamsi pars sua succumbat*, id tamen sæpè numero evincit defensor causæ minus probabilis, ut expensæ, quæ non rarò *lucrum litis* excedunt, compensentur? Sanè hîc arte suâ *advocaticâ*, quâ solâ compensationem obtinuit, nocebat triumphanti: Quid autem, *si sua pars triumphet*, nónne cogit adversam partem appellare, spe melioris *justitiæ consequendæ*, &, siquidem post multa *tædia*, sumptusque multos, *judice altiore idipsum sapiente*, quod *sapit utriusque partis advocatus in conscientia*

scientiâ, tandem finaliter causa justior triumphet, iterum compensatis expensis; quis has illi causavit alius, quàm *causidicus*, minùs justam causam summis modis propugnans.

Nec denique 7.) Stante minùs probabili, causam probabiliorem *non esse plenè probatam*; cùm ejus certitudinem diminuat adversæ intentionis probabilitas: nam hìc intervenit *equivocatio*: status quæstionis non est de casu, quo *vertitur defectus in probatione facti*, qui nec jurejurando suppleri queat: ibi enim clarum est, *pro reo, & possessore*, pronuciandum fore, etsi *hic nihil præstiterit*, licet infirrioribus argumentis. Sed nostra quæstio procedit de casu, quo *constitit super his, quæ facti sunt*, disceptatur de *minus, vel magis probabili justitiâ causæ*, consideratis omnibus in concreto, *directè, atque reflexè*. Hinc ad tollendam æquivocationem maluissimus concipi quæstionem sub his terminis: *An possit advocatus minùs justam causam defendere, licet agnoscat, oppositæ partis causam esse magis justam*: nam in jure nostro *probabilis causa est justa causa*, manetque justa, quousque non concurrat *cum justiore*: tunc enim & probabilis esse desinit, & *justa*; cùm ambæ nec *quoad se* possint esse *justæ*, nec *quoad nos*, sed sola *justior* sit finaliter justa.

Ais. Si ita est causa hominis cum advocatiâ, non expedit eam profiteri, ut ob difficultates matrimonii dixerunt Christo discipuli. *Matth. 19. v. 10. R.* Non expedit, nisi *valdè timoratis hominibus, minimèque avaris*: ipsa hæc professio de se periculosa est; quid igitur fiet,

fiet, si illi accet-
tia? Verè dixi
Nos, qui in for-
malitè, quum
si jam domi-
ANDREÆ Av-
caluisset, tamen
mendacium exo-
à vite advocatio-

5. An liceat advo-
nem in opinio-
judicat ipse pro-

6. Adminiculatio-
potest, ex eader-
nem præcedente
probabilitatis,
consequenter in-
renda. Non sit
ritate judicii por-
met, sententias
biliore, esse fib-

6. An liceat advo-
ram convertere
hujus clientis d-
omni nisu imp-

fiet, si illi accedat *perversa indoles*, & *laxa conscientia*? Verè dixit PLINIUS lib. 2. epist. ad nepot. Nos, qui in foro, variisque litibus agimus, multum malitiæ, quamvis nolimus, addiscimus; quid ergò, si jam domi nostræ congenitam afferamus? Sancto ANDREÆ Avellino, licet à puero timorem Domini coluisset, tamen aliquando inter causam agendam leve mendacium excidit, cujus pœnitentiâ tactus statim à vitæ advocatiæ instituto recessit.

5. An liceat advocato fundare suam conclusi-
nem in opinionibus juris, quarum *oppositas*
judicat ipse *probabiliores* esse?

R. *Admuniculativè* potest, *principaliter*, & *unicè* non potest, ex eadem ratione, quam dedimus ad quæstionem præcedentem: quia *causa*, quæ unicæ, minoris probabilitatis, thesi juris innititur, est *minus justa*, consequenter *injusta*, & in progressu etiam litis deferenda. Non sit tamen exoticus homo, qui *singularitate* judicii potiùs, quàm *pondere rationum*, existimet, sententias, quæ communiter habentur probabiliore, esse sibi soli minus probabiles.

6. An liceat advocato principia sua versùs au-
ram convertere, móxque illis ipsis causam
hujus clientis defendere, quæ in causâ alterius
omni nisu impugnavit?

H

R. Neg.

R. Neg. Ne cum rubore se debeat excusare cum CICE-
RONE, rabularum sui ævi facile principe, in *Orat. pro A. Cluent.* dicendo, suas priores orationes, poste-
rioribus contraria omnia afferentes, non esse dictas
pro testimonio (nos solemus dicere *pro Evangelio*)
potiusque temporis sui, quam iudicii, & authoritatis
fuisse: futiliter addendo: *omnes ille orationes causa-*
rum, & temporum sunt, non hominum ipsorum, &
patronorum: nunquid enim non peroravit patronus,
nunquid non pro hominibus? & cur pro alio homi-
ne, aliâque causâ ab assertionibus aliâs mordicus su-
stentis recessit? Principia invicem contraria non pos-
sunt ambo esse vera: igitur in re seriâ non quodlibet-
ticè adhibenda sunt, sed iis inhærendum, quæ veriora
judicavimus cum selectu, maximè *in materia justitiæ*,
quæ est *constans, & perpetua*, per consequens taliter
cum principiis variare non permittit. Vid. LEYSER.
Medit. in pand. Tom. VIII. pag. 387.

§. IV.

De officio advocati erga suum clientem.

I. Exposuimus jam præcedente §pho officium
advocati *erga sanctam justitiam*, quæ de-
bet ei charior esse quovis homine, suam opem
implorante: nunc de officiis illius *erga clien-*
tem,

tem, quem su-
ter exactum ex-
tionem sui de
quibus parite-
cet, in fidelitate
monia.

Fidelitas vult a

Ne sit prævarica-
de advoc. i. quod
suscipitur in fide
dist. 87. *

Non est quidem
& contra eunden
hoc tamen non

GLOSSA in l. fir-
adeò docet, in ca-
instantiæ defendi

num nos prorsù
minum ex suspici-
VIUS quoque par-

ventionis advocat-
versario in eadem
diversam non ad-
mo, eodémque re-

i. ff. de prævaric.
hoc dedecet. Pr-
ad salvandum adv-

tem, quem suscepit : consistunt autem, præter exactum examen casûs, & candidam apertionem sui de causa justitiâ sentimentis, de quibus pariter jam supra, in tribus; videlicet, in fidelitate, diligentia, & sumptuum parsimonia.

2. Fidelitas vult ab eo,

a.) Ne sit prævaricator, causæ arcana prodens ; l. 1. C. de advoc. 1. quod crimen execrabile est ; quia cliens suscipitur in fidem, atque tuitionem : facit can. 5. dist. 87. *

* Non est quidem honestum, alicujus excipere secreta, & contra eundem postea advocatione defungi ; per hoc tamen non incurritur prævaricationis crimen. GLOSSA in l. fin. ff. h. t. verbo : fuisset, ubi usque adeò docet, in causâ appellationis ab avvocato primæ instantiæ defendi posse partem contrariam : quod ultimum nos prorsus dissuademus, propter judicia hominum ex suspitione proditiõis pristini clientis. MEVIUS quoque part. 9. decis. 173. salvat à pœnâ prævaricationis advocatum, qui à suo cliente dimissus, adversario in eadem causâ patrocinabatur : quia partem diversam non adjuvit proditâ causâ prius defensâ, nec uno, eodemque tempore ex utrâque parte constitit. l. 1. ff. de prævaric. l. 1. §. 6. ff. ad S. C. Turpill. sed & hoc dedecet. Principia prædicta tantum sunt tradita ad salvandum advocatum à pœnâ, non à violatione honesti.

b.) Ne quid, occulto partis adversæ amore, per consilium Achitophelis, perniciosi suadeat; nihil per malitiam dissuadeat, quod expediret, e. g. transactionem, id quod non nulli faciunt lucri ulterioris causâ, amicabilibus compositionibus validè repugnantes: nihil utile studiosè dissimulet: forent enim hæc omnia punibiles perfidiæ.

c.) Ne sit clientis *præmaturus desertor*, l. 13. §. 9. C. de judic., aspernanter habens eum, quem recipere licebit, vel decebit. l. 6. §. 3. C. h. t. Add. juramentum advocatorum imperialium *Ordin. Camer. part. 1. tit. 62.* *

* *Dispar clientis causa est ad suum patronum*; potest enim ille alium advocatum, loco hucusque electi, & habiti, in quâcunque litis parte, pro lubitu suo eligere, quin justificet causas. d. l. 13. §. 9. in fin. excepto, si advocatus causam illam *velut improbam* deseruisset. l. 14. §. 1. versu: *hocque* C. eod. At inquis, cur lite contestatâ *procurator* sine causa cognitione revocari nequit, cap. 2. de procur. in 6. possit autem advocatus dimitti? R. Procurator habet pro se *contractum*, & post contestationem *dominium litis*, quorum arbitraria resolutio non erat permittenda: advocatus nihil eorum habet, sed tota ejus opera inicitur fiduciæ, & rogatui clientis, quibus cessantibus cessat.

3. *Diligentia* requirit ab advocatione,

a) Ut

a) Ut assistat suo gatus, vel conope, nihil studii proinde

* l. 14. §. 1. C. de vir. pro judicio mit getreuem Gleis

b) Non satis ei sit, si clientis motu proprio in excogitandis u in qua officii partiam, five per st quirentes omnia

c) Ut non sinat ab alio deductione sua sed exactè observ restitutiones peti quas utique referu

d) Ut sibi referri cu singulos substanti non committat co eos concipiat, q dum ultra consuet

e) Ut exhibita par aut contemptim, graviora argumen get, posteaque, tionem mereatur antipatronus or

- a) Ut assistat suo clienti (sive diviti, sive pauperi, rogatus, vel compulsus) *omni virtute sua, omnique ope, nihil studii relinquens, quod sibi possibile est : * ut proinde*
- * l. 14. §. 1. C. de jud. consentit ordinatio Elector. Trevir. pro iudicio aulico, in iuramento advocatorum : mit getreuem Fleiß, und nach eurer besten Verständnuß.
- b) Non satis ei sit, his petiis justificativis bene uti, quæ cliens *motu proprio* sibi subministrat; sed debeat ipse *in excogitandis ulterioribus probandi mediis esse solers*, in quâ officii parte peccant non pauci, sive per ignaviam, sive per stupiditatem, & imperitiam, non conquirentes omnia, quæ causam plenius instruerent.
- c) Ut non sinat ab ullâ necessariâ, vel utili juris, & facti deductione suam partem *præcludi per contumaciam*, sed exactè observet terminos *peremptorios*; ne debeant restitutiones peti, salvis expensis contumacialibus, quas utique refundet piger advocatus.
- d) Ut sibi referri curet ab adjuncto procuratore *recessus* singulos substantiales *adverse partis* : proprios autem non committat conceptioni procuratoris, sed ipsemet eos concipiat, quoties *aliquid singulare* illis est inferendum ultra consuetam trituram, nam & verbulum peccat.
- e) Ut exhibita partis adversæ non percurrat *obiter, aut contemptim*, sed *semel, atque iterum* relegat; graviora argumenta à leviusculis annotando segreget, posteaque, *nullo omissio, quod aliquam attentionem mereatur*, bono ordine refutet. Quòd si antipatronus ordinatè scripserit, non turbetur ordo,

ordo, quem elegit; sin autem confusè, redigat causæ propositionem in seriem meliorem.

f) Suas compositiones non mox in mundum redigi faciat, quasi panem è forno vixdum depromptum, atque adhuc calentem dividendo: dici enim vix potest, quàm sit utile, suos labores, præsertim *post-meridianos*, aut *vespertinos*, seponere ad aliquot dies, & tunc demùm eos retrahere ad limam: quia, cùm primus æstus, qui incessere solet componentes, & inter componendum excrefcere, deserbuerit intervallo temporis, tranquillior animus videbit errata; melior fiet positionum ordinatio: verba magis apposita, clariora, & stringentiora occurrent: improvidè projecta discernentur: quæ per cavillationem in alienum sensum trahi possent, apparebunt unà cum contradictionibus, & *asystematicis*, in quibus sanandis, si semel exhibita fuerit scriptura, torsiones fieri deberent, suspectæ judici oculato: refecabuntur nocivæ, aut odiosæ superfluitates. Quâ in re compositor illos ingenii sui partus præ cæteris suspectos habeat, qui sibi primitus placuerunt nimis, sæpè sibi dictum putans illud: *tolle filium tuum, quem diligis, Isaac.*

g) Denique, inter alia, diligentia pars non mediocri collocetur (1) in ponendis præcisè, ac pertinentèr *articulis probatorialibus*, & *interrogatoriis*: (2) in *disputatione*, seu conclusione *ex testium elogiis*, in quo postremo labore sæpè multi pigrescunt, relinquentes judici combinationem testimoniorum, non absque periculo, ne utilia non satis sub aspectu ponantur, nociva fati elidantur. 4.

4 Cognitis adv
nolle his oppo

a) *Præsumptio* (s)
adhuc sunt nam
virum consumm
citatis modium
ferre recusent:
firmos acceptat,
tus advocatus no
quasi certus trium
clade, paulatim
habuit ei cum ten
torum: Suader
potius rei partes
tronus plus pon
sitate, quàm illi
pertinet ininiti sua
domini sibi solis
& pluribus, maxi
veniat. Can.
b) *Audacia* eorum
militèr recognosc
bentes, nihilomin
possunt, clientes
portuni obrudun
vincant, succum
nam imponunt,
nihil miserius est
contemere. Can.

4. Cognitis advocati *diligentiis*, facile nunc erit nôsse his oppositas *culpas*, quibus accedunt

a) *Præsumptio spiritûs*; cùm hi, qui inter causidicos adhuc sunt nani, *causas nimis arduas* suscipiunt, quæ virum consummatum desiderarent: quilibet suæ capacitatis modium sciat, *quidque valeant humeri, quid ferre recusent*: medicus incipiens facilioris morbi infirmos acceptat, cæteros relinquit expertioribus: *novus advocatus* non patrocinetur causis, *nisi quarum est quasi certus triumphus*; sic fama victoriarum absque clade, paulatim succrescens unâ cum viribus, conciliabit ei cum tempore duplicatum fœnus non-lucratorum: Suadet SPECULATOR *advocato novo*, ut potiùs *rei partes* juvet, quàm *actoris*, cùm hujus patronus plus ponderis, & æstûs subeat probandi necessitate, quàm illius. Ad idem præsumptionis vitium pertinet *inniti suæ prudentiæ*: non fidant, nec sapiant domini sibi solis: requirant unita consilia, ut, *quod à pluribus, maximè senioribus, quæritur, faciliùs inveniatur*. Can. ult. dist. 20.

b) *Audacia* eorum, qui licet *pauperes* se spiritu esse humiliter recognoscant, atque *in puncto juris minùs habentes*, nihilominùs, ut victum lucrentur, quoscunque possunt, clientes conquirunt, seseque non rarò importuni obrudunt, cogitantes, salarium se habituros, vincant, succumbant: hi gravem conscientiæ sarcinam imponunt, onus, cui sunt impares, affectando: *nihil miserius est, quàm propter nummum DEUM contemnere*. Can. 7. XII. q. 1.

c) Vi-

- c) *Victoriæ secunda fiducia* : quâ nihil finistri casûs timet tranquilla requies advocati, ideoque hostis molimina non advertit, eum contemptim tractat, non perorat satis pro causâ, tanquam quæ sibi videatur ipsa loqui; atque hoc ipso supplantatur, ut fit in bellis. *Homo sapiens in omnibus metuit.* Eccles. 18. v. 27. nec se asserit esse certum, ubi certus esse non debet. *Arg. cap. 24. de rescript.* cùm sit dubius litis eventus.
- d) *Nimis multa clientela*, propter quam pluribus intentus minor est ad singula sensus; sicque non omnibus causis plenius famulatur advocatus, sed cogitur obrutus labore plura pensâ suis practicantibus cum periculo, ne non satis benè elaborentur, committere, qui perdendo causas discunt demùm patrocinari, prout de neo-medici scripsit PLINIUS lib. 25. cap. 1. *discunt periculis nostris, & experimenta per mortes agunt.* Itaque advocatus non recipiat plures causas, quàm quibus per se ipsum moderandis par est: cùm melius sit, pauca agere cautè, quàm multis interesse periculosè. Nov. 44. cap. 1. §. 3.
- e) *Imprudencia*, tum in formali processûs, commodius actionis genus omittendo, difficilius amplexando; moras neccendo, cùm esset properandum, properando, cùm esset lentiori gradu incedendum; actoris advocatum monet SPECULATOR, *ut neminem in via salutaverit*, i. e. ad nihil remorans ipsum divertat, cùm ad eum spectet curare, *ut reus citò condemnetur*: tum in materialibus, si contraria intentioni proferantur; si leges, & autoritates laudentur, quæ penitiùs

tiùs inspecta n
mere debeat a
meis; si incor
unum quidem
plùs nocent
non videantur.
Iud. can. 13. VI
lumbæ, ne cui
astutiam, ne al
multum distat i
can. 5. XVI. q
seferunt vulp
CULATORÈ:
adversarius eum
sibi providebit:
citus esset ad v
10. de purg. can
præcipua, ut cap
f) *Levitas in crede*
ex adverso, pro
vel incerta: ad
advocatus novis
quid novi prof
disertè respond
quum, quod d
tit; aut temerè
quod ipse putat
committuntur,
ignorans non re

tius inspectæ militent pro adversario ; ut demùm gemere debeat allegans : *heu! patior telis vulnèra facta meis* ; si inconsultò edantur instrumenta , quæ ad unum quidem articulum profunt , ad cæteros autem plùs nocent ; si cuniculi , per quos agit adversarius , non videantur. Advocatis dictum sit vel maximè illud can. 13. VI. q. 1. *habeant omnes simplicitatem columbæ , ne cuiquam machinentur dolos , & serpentis astutiam , ne aliorum supplantentur insidiis* : quia non multum distat in vitio , vel decipere posse , vel decipi. can. 5. XVI. q. 1. periculosissimi sint eis illi , qui præferunt *vulpinam simplicitatem* , consilium dante SPECULATORE : *ostendat advocatus se simplicem , & sic adversarius eum minùs verebitur , & contra eum parùm sibi providebit* : si enim eum astutum existimaret , sollicitus esset ad *vulpeculam capiendam* , juxta illud cap. 10. de purg. can. *inter sollicitudines nostras illa debet esse præcipua , ut capiamus vulpeculas.*

f) *Levitas in credendo his , quæ super facto adducuntur ex adverso , pro veris transmittendo , quæ falsa sunt , vel incerta : ad hæc supina negligentia , quâ non petit advocatus novas informationes à cliente , quoties aliquid novi profertur , aut intactum relinquens , cui disertè respondendum fuisset , per vitiosum breviloquium , quod de causæ contingentibus aliquid omittit ; aut temerè respondens , non quod reipsâ est , sed quod ipse putat sic esse ; propter quod errores facti committuntur , plerumque clienti nocentes ex eo , quia ignorans non revocat : cautela est , ut cliens faciat sibi*

transmitti *singulas adversæ partis scripturas*, antequàm ad eas respondeatur; imò & *proprias*, priusquàm judicialiter exhibeantur.

- g) *Oblivio*, & *inadvertentia*, quæ vel à se retrodictorum non reminiscitur, & sic *contradictiones*, aut saltem *minùs coherentia* scribuntur, vel non diligenter notat, retinetque scripta, dictæve alterius advocati, ut ex ore suo redarguatur.
- h) Denique & *cure nimietas* in culpam degenerare potest; e. g. si præmaturè fiant jam in ipso libello *anxiæ ante occupationes* earum, quæ fortè opponi possent, *exceptionum*, addendo *replicationes* e. g. doli, vis, & metûs; hujus nimietatis lucrum est, quòd sæpè suggeratur adversario effugium, de quo non cogitavit, aut quòd iudex credat, in eo, quod anteoccupante replicatione dicebatur, *genus electæ actionis* constitutum esse.
5. *Sumptuum parsimoniam* suadet christiana charitas, & mater virtutum discretio: *crudelitatis* enim est *insidiosa*, velle fucum facere clienti fidæ tutelæ, ne fortunas ejus auferat adversarius, & patrocínio ipso eundem penitùs exspoliare; cogitent domini, lites ab aliquo non institui facilè, nisi *necessitate coacto*, in quâ nemo præsumitur esse liberalis: peccant igitur

a) Qui

a) Qui datà ope
cum possent br
qui totos annos
bus, aut præp
in vicennia, &
lite pereat eis al
redituum; qui
tionibus, delcr
operæ, sed pro
lus procurator n
potuisset, proli
perluas repro
tem conclusionem
mas, & ultra ha
esse plenissimã de
tione referentis;
tunt commissione
dicetarum suarum
informandum, e
tatem testium u
aliæ sumptuum
b) Quorum uxor,
rusticis clientu
peditent; prope
pe committuntur
lorum, ne quid
cancrorum, pisci
quam dicit: sati
ricordes, ut cum

a) Qui datâ operâ processum *in prolixitates* dirigunt, cum possent breviori tempore curriculum absolvere; qui totos annos infumunt ventilandis *meris incidentibus*, aut *præparatoriis*; qui *principale causæ* noverunt in vicennia, & ultra, procrastinare, ne finitâ citiùs lite pereat eis aliqua positio de rubricâ sui calendarii reddituum; qui paginas implent supervacaneis allegationibus, descripturi postea salarium, non *pro merito operæ*, sed *pro externa mole foliorum*; qui, quod *solus procurator* modico recessulo ad protocollum dare potuisset, prolixis scribilationibus præstant; qui superfluas *reproductiones* faciunt; qui post sufficientem *conclusionem* adjiciunt *iteratas, finales, finalissimas*, & ultra has imponunt clientibus, ex nunc opus esse *plenissimâ deductione juris, & facti pro informatione referentis*; qui absque evidenti necessitate petunt *commissionses locales*, easdemque in augmentum diætarum suarum prolongant; qui fingunt *itinerâ ad informandum*, aut oretenùs sollicitandum, qui *infini-tatem testium* unde unde conquirunt; & quæ sunt aliæ sumptuum adinventiones.

b) Quorum uxor, vel œconoma, semper molesta est rusticanis clientulis, ut *rei culinariæ instructum* sup-peditent; propter quam importunam instantiam sæpè committuntur furta anserum, gallinarum, vitulorum, ne quid dicam de capturâ avium, ferarum, cancrorum, piscium in alieno: & vorago culinæ nunquam dicit: satis est: Alii usque adeo sunt immiseri-cordes, ut cum totâ familiâ proficiscantur majaliter

ad clientes, incubent mensæ eorum, devoréntque in jucunditate substantiam pauperis, clam gementis, hospitibusque dira imprecantis. Alii iudicum existimationi detrahunt, mentientes clientibus, esculenta, poculentave illis offerri debere pro captandâ benevolentia; allata verò consumunt ipsi, nihil vidente, aut acceptante iudice.

- c) Qui propter *neglectum terminorum* finunt præcludi partem, demúmque ægrè obtinent præclusionis rescissionem, *salvis expensis contumacialibus*, quas partibus relinquunt solvendas. Item qui mutârunt, vel alterârunt libellum, *suâ culpâ* ineptè conceptum.
- d) Qui lite pendente student *emere*, aut aliàs *contrahere* cum cliente, contra l. 6. §. 2. C. de advoc. I. quia cliens plerumque læderetur, non audens ab eo, in cuius manibus sortes suæ sunt, petere justum pretium. Quam ipsam ob causam *medicus* à contractibus cum infirmo, cui periculum injecit vitæ, abstinere debet l. 3. ff. de *extraord. cogn.*, ne rescindantur; imò l. 9. C. de *professor.* Trevisis lata, non patitur, ut *archiatri* accipiant ea, quæ periclitantes pro salute suâ promittunt, idque, ut ajunt DD. propter suspicionem *concessionis*.

QUÆSTIONES

Ad hunc Paragraphum.

Ad Num. 2. lit. c.

- I. An advocatus possit absque consensu clientis transferre causæ curam in alium, v. g. resignando, au-

signando, au-
suam unâ cum

¶ Neg. Quia nem
voluntate sua,
imò nequidem
eo sui substituer
labore, ex regu
illa, in quibus
videntur, perso
plures coci in
ubi unus equabi
quem succedens
minùs licet nan
piens vix non o
finaliter cliens, a
contra can. 22. X
test procurator, c
tum causæ, & d

¶ An advocatus ac
tur causas seme

¶ Si commodè pos
tenerur; quia leg
supponunt, advo
nus profiteri.

signando, aut vendendo alteri advocationem suam unà cum causis ?

R. Neg. Quia nemo potest fieri *susceptus*, & *cliens*, nisi *voluntate sua*, vel ejus, *cui hoc specialiter commisit*: imò nequidem *retentâ advocatid* potest quis alium loco sui substituere, in uno, alterove alicujus momenti labore, ex regulâ *cap. ult. §. I. de offic. deleg.*, per quam illa, in quibus *fides*, & *industria personæ* electa esse videntur, *personaliter* obiri debent, maximè hîc, ubi plures coci insipidum reddere possent ferculum, & *ubi unus æquabilis trames* tenendus est ad victoriam, quem succedens in advocatione ægrè calcat: & eò minùs licet nanum substituere giganti, ne quod sapiens vix non confecit, fatuus destruat, doleátque finaliter cliens, aratum sibi esse in bove, & asino, contra *can. 22. XVI. q. ult.* Atque hætenùs plus potest *procurator*, quàm *advocatus*: quia habet *mandatum causæ*, & *dominus fit litis*.

3. An advocatus ad *alia subsellia* promotus teneatur causas semel susceptas ad finem conducere ?

R. Si commodè possit, *fides* consummetur; non autem tenetur; quia *leges*, desertionem clientis vetantes, supponunt, advocatum *manere de collegio*, & hoc munus profiteri.

3. An advocatus primæ instantiæ teneatur assistere causæ per reliquas ?

✽. *Neg.* Quia l. 13. §. 9. C. de judic. tantum vult causam, quam semel suscepit, ab eo deduci usque ad terminum, non utique omnium judiciorum, sed ejus saltem, coram quo incepit illam peragere, quod tum inaudit causa movens: ne ex eorum recusatione fiat cause dilatio; tum, quia advocati non sunt omnium instantiarum semper, sed diversorum judiciorum, §. judicum. rubric. C. de advoc. 1. & 2. Quid enim, si transferretur causa ad iudicium, cujus inter advocatos ipse non est receptus? an tunc tenebitur saltem scripturas conficere, quas advocatus legalis, vel procurator, subscribat? Hoc non præsumitur actum in susceptione, nisi expressè dictum fuisset Icto, ut cause per omnes instantias fieret moderator. Contrarius est MEVIUS part. 4. decis. 249., cui quidem concesserim, advocatum, qui pro omnibus dicasteriis alicujus provincie receptus est, aliquando compelli posse, ut in altiore ejusdem instantiâ non inveniendi æquè idoneum patrocinari pergat: Sed, quid erit invito canerari? & quàm facilè obtenderetur desertioni causatio? An tunc singularis processus desuper formabitur? Illud ex intentione susceptæ advocacionis, & naturâ eorum, quæ emergere coram eodem iudice solent, fluit, ut qui in summario, vel possessorio patronus est, peragat quoque ordinarium, & petitorium; item qui causam conventionis in se recepit, reconventionem non de-

detrectet, & e
à solâ interlocu
assumpcio differ

1. Sufficitne advo
esse diligentem

✽. *Neg.* Quia juxta
virtute sua, OM
DII relinquens,
sufficit, eam a
causa aliend, qu
que huc applicar
l. 32. ff. depos. l.
9. Inst. de societ.
§. 16. ff. famil. er
munione: quia if
standæ, & culpâ
nem. Ordinariè
dum aliorum eju
fessionis. Quid i
catus præscriptur
exacto officio ger
nistracione neglec
est? ✽. Servabim
non teneatur illam
tutem præstare, c
prout habet text

detrectet, & eò magis *causas connexas* : nec non, si à *solâ interlocutoriâ* appellaretur ; cùm novi advocati assumptio differret definitivam coram primo iudice.

Ad num. 3. lit. a.

I. Sufficitne avvocato in peragendâ clientis causâ esse diligentem, ut ajunt, *ad modum suum* ?

✽. *Neg.* Quia juxta *l. 14. §. 1. C. de jud.* tenetur OMNI virtute *jud.*, OMNIQUE ope assistere, NIHIL STU-
DII relinquens, quòd sibi POSSIBILE est. Unde non sufficit, eam adhibere diligentiam in pervehendâ causâ aliendâ, quam quis fortè adhibet in propriâ: neque huc applicari possunt placita juris de *depositario. l. 32. ff. de pos. l. 1. §. 5. ff. de O. & A. aut de socio. §. 9. Inst. de societ. l. 72. ff. pro soc. aut cohærede l. 25. §. 16. ff. famil. ercisc.* : aut de eo, qui aliàs stat in *communione* : quia istæ leges in materiâ diligentia præstandæ, & culpæ, non faciunt *regulam*, sed *exceptionem*. Ordinariè autem mensuratur diligentia *ad modum aliorum* ejusdem obligationis, studii, vel professionis. Quid igitur ? an servabimus, quoad avvocatos præscriptum *l. 21. C. mandat. aliena negotia exacto officio geruntur, nec quicquam in eorum administratione neglectum, ac declinatum culpâ vacuum est* ? ✽. Servabimus, ità nihilominùs, ut advocatus non teneatur *illam opem omnem, studium, atque virtutem* præstare, quæ aliis advocatis possibilis est, sed prout habet textus, SUAM omnem virtutem, & quod

quod SIBI possibile est. Itaque *media* velut est diligentia hujus *causa*: non enim est penitus diligentia, quam vocant *in abstracto*, quæque mensuram accipit *ab aliorum diligentia*; neque tamen etiam prorsus est diligentia *in concreto*, sive ad *modum suum*; sed *cum gradu superlativo* ejus, quæ *sibi possibilis* est: hinc sufficit probare advocato, quod aliquid de *contingentibus sibi possibilibus* omiserit, etiamsi *levissima* duntaxat culpa foret, quod evincunt verba l. 14. §. 1. *suprà cit.* Quæ tamen lex, cum loquatur de advocatis, quibus *de jure honorarium* debebatur, benignior est sententia, illos, qui *gratuitam* amico scienti navant *operam*, non teneri, *nisi ex supina negligentia*; ne si ad plus obligarentur, officium suum foret eis nimis periculosum. Convenitur autem advocatus negligens *actione in factum*. arg. §. fin. Inst. de leg. aquil.

2. An conveniri etiam possit advocatus ex capite *imperitia*?

R. Id quidem vel maximè affirmant DD., reflectentes ad principium illud juris: *imperitia quoque culpæ annumeratur*. §. 7. Inst. de leg. Aquil. Sed duplex est *imperitia* distinguenda; una *juris in thesi*; altera *modi, processum instituendi, totamque ejus œconomiam dirigendi*; hujus *imperitiæ* damnum luet advocatus clienti; non autem prioris: cum, si centies errasset advocatus in jure, vel in hoc allegando defecisset, *judex* supplere debuisset. l. un. C. ut quæ desunt advoc. Itaque


Itaque, si sententia
ex quasi delicto
tur, princ. Inst.
catus; quia le
ctum; factum
ff. de R. J.

De Honorar

Cum nemo cog
cap. 16. de presc
sequantur stipen
commodare repe
XII. q. 2., adv
neratio. *

Equidem lex Cinc
minit TACITUS
odio caufidicorum
inquit idem histo
quæ caretur antiq
pecuniam, donum
qua, postea Nero

Itaque, si sententia erraverit *quoad jus in thesi*, iudex ex *quasi delicto*, tanquam imperitè judicans, convenietur, *princ. Inst. de oblig. quæ quasi ex delict.* non advocatus; quia sententia, non hujus, sed illius est factum; *factum autem cuique suum nocere debet. l. 155. ff. de R. J.*



§. V.

De Honorario, & Privilegiis advocatorum

- I. Cùm nemo cogatur suis stipendiis militare, *cap. 16. de præscript. justumque sit, ut illi consequantur stipendium, qui pro tempore suum commodare reperiuntur obsequium. Can. 45. XII. q. 2.,* advocatis debetur laboris remuneratio. *

Vide quæst.

* Equidem lex Cincia Romanis hocvetuerat, cujus meminit TACITUS *Lib. 11. annal. cap. 5.* lataque est odio causidicorum quæstuariorum: *consurgunt patres, inquit idem historicus, legemque Cinciam flagitant, quâ cavetur antiquitus, ne quis ob causam orandam pecuniam, donumve accipiat. Verùm, cùm esset iniqua, postea Neronis temporibus sublata fuit.*

K

2. Tri-

2. Triplicis autem est nominis: 1.) *Salarium*: *
2.) *Honorarium*: ** 3.) *Palmarium*: *** de
quibus in præsens videamus.

* Non *solarium*, vel à *sole* dictum, éstque locus editus, in quo apricamur, & solem excipimus. l. 17. in fin. prin. ff. de S. U. P. vel à *solo*, éstque pensio vectigalis, quæ datur pro usu soli. l. 39. §. 1. ff. de legat. 1. l. 7. §. 2. ff. de usufruct. l. 15. ff. qui potior. in pign., aut pro *licentiâ lapides cædendi*, arenæ fodiendæ, glabæ accipiendæ. l. 13. §. 1. ff. commun. præd. *Salarium* verò est stipendium *liberalis* cujusdam *artis*, vel *medicinæ*. l. 4. §. 1. ff. de decret. ab ord. fac. Distinguitur ab *honorario*, quòd *salarium* propriè sit *annua* erogatio; quo sensu in can. 17. & 19. XII. q. 2. redditus annui Ecclesiarum, & Episcopi vocantur *salaria*; soléntque potissimùm consistere in *victualibus*, e. g. vino, frumento, & apud veteres in *sale*: quapropter PLINIUS lib. 31. cap. 7. *Histor. nat.* laudem salis describens, ait, vocabulum istud *honoribus etiam, militiæque interponi, salariis inde dictis*.

** *Honorarium* ab honorando labore dicitur, unde & appellatur *honor*, juxta illud S. AUGUSTINI in can. 15. XIV. q. 5. *plerique nec medico volunt reddere honorem suum, nec operario mercedem*. Et cadit vel maximè in eas personas, quæ licet quidem gratis intervenire non intendant, *mercenariorum tamen more* se concludi erubescunt, mercarive secum priùs de mercede, sed *discretioni* ejus, cui præstitum est servitium, *remune-*

numerationem
tus, anno, sed
tio est artha, q
do susceptæ de
Hujus fit men
cogu. & est adv
palmarum victoria
simplici, utpote

Salarium solus
vocado: * *Hon*
tem inter, &
aut à iudice mo
circa summam:
ni clientis com
tribunalia, quæ
etiam *bibalis* (
admittant, exec

* Quod plerumque
aut *advocatum or*
ræ, Senatûs, vel
est, quantum er
lummodò dari sol
beat peragere, qui
debetur, etsi toto
nec pes. 2) si mul

numerationem congruam committunt: non est reditus, anno, sed labori commensuratus. Honorarii portio est arrha, quam debet cliens advocato, pro jucundo susceptæ defensionis introitu.

*** Hujus fit mentio in lege 1. §. 12. ff. de extraord. cogn. & est advocati *honorarium in specie*, casu, quo *palمام* victoriæ refert: itaque differt ab *honorario simplici*, utpote quod *etiam succumbens* numerabit.

3. *Salarium* solus constituit cliens, volente advocato: * *Honorarium* aut conventionem clientem inter, & advocatum determinatur; ** aut à judice moderatur, etiam *invito utroque* circa summam: *** *Palmarium* soli discretioni clientis committitur; **** nisi fortè sint tribunalia, quæ non tantum *palmarii*, sed etiam *bibalis* (vile nomen) descriptiones admittant, executionemque urgeant.

* Quod plerumque fit, si quis assumatur in *syndicum*, aut *advocatum ordinarium* alicujus Ecclesiæ, Cameræ, Senatûs, vel familiæ; & *ordinariè* tantum non est, quantum emergentis laboris meritum; sed solummodò dari solet pro eo, quòd quis paratus esse debeat peragere, quidquid eo anno occurrerit: hinc 1.) debetur, etsi toto anno nec manus movenda fuisset, nec pes. 2) si multi labores (*minutiæ* enim compu-

tabuntur in salarium) per annum subirentur, hos nihilominus describere poterit advocatus salariatus.

** Quod jure Romano licuit *ante litem*, & *post peractam causam* d. l. 1. §. 12.; non item *pendente lite* l. 6. §. 2. C. h. t. nec dissentiunt Ss. Canones: quamvis enim *judici* non liceat vendere *justum judicium*; licet tamen *advocato* vendere *justum patrocinium*, & *ICto* rectum *consilium*. can. 71. XI. q. 3. discriminis ratio datur in Can. 15. XIV. q. 5. Pactus sibi honorarium *advocatus* habet *conditionem ex stipulatu*. Nihil pactus olim adibat *Præsidem provincie*, qui jus ei dicebat extra ordinem. l. 1. §. 9. ff. de *extraord. cogn.* Quâ in parte deterior est conditio *Professorum juris*, & *philosophie*, quàm *advocatorum*, & *medicorum*: sine pacto quippe, aut taxâ publicâ, illis non competit actio contra discipulos nihil solventes pro privatissimis, ut vocant, vel aliis extraordinariis instructionibus, aut laboribus l. cit. §. 4. & 5. ubi datur ratio philosophica.

*** Hodie *advocatorum* honoraria non relinquuntur amplius *conventioni*: sed statuta *judiciorum* passim fixere *taxam certam* pro *arrbâ*, *palmario*, *personali* comparitione ad *summariam* &c., quæ in processu *appellationis*, & *accusationis criminalis duplicatur*; ceteri labores describuntur ab *advocato* unâ cum eo, quod pro singulis petit; *judex* verò *ex æquo*, & *bono* moderatur *summam*: sanè cum multâ *conscientiâ*, & *maturâ æstimatione*; ne *vel defraudet advocatum*, *reducendo sæpius prætensam remunerationem infra dimidium favore partis*; vel *gravet clientem*, maximè fo-

forenses, favo
probare itylu
ctio, quàm ha
admittimus ma
imper. 52. all
*** Stipulari eni
sem. l. 1. §. 12.
dem ratione, p
quod litis, puta
triumphando lu
ne vel cliens vic
missionibus, ve
nandum vincere

Sive autem con
dicis, determin
excedetur justu
titas custodiatu
compendia secta
neque arripi de
ad turpem, de
laudis per eam a
C. eod. **

* Licita quantitas ibi
ad centum aureos
rumque unâ peror
stris verò moribu

forensē, favore indigenae advocati: hinc non possum approbare stylum illum, quo nulla alia fit passim reductio, quàm hæc formularia: *detractâ summâ minori admittimus majorem*: detrahuntur autem e.g. de 80. imper. 52. alb. soli albi.

*** Stipulari enim sibi nemo hoc potest ante actam causam. l. 1. §. 12. ff. de extraord. cognit. idque ex eadem ratione, propter quam illicitum est *pacisci de quodâ litis*, puta e.g. tricessimâ parte ejus, quod cliens triumphando lucrabitur. l. 53. ff. de pact. l. 5. C. h. t. ne vel cliens victoriæ cupidus capiatur indiscretis promissionibus, vel advocatum spes lucri teatet, ad conandum vincere per calumniam.

vide p. 2

4. Sive autem *conventionē*, sive *moderamine* iudicis, determinetur *quantitas honorarii*, non excedetur *justus modus*, sed *probabilis quantitas* custodiatur. d. l. 1. §. 12. * quia immensa compendia sectari nimis vile est. l. 5. C. h. t. neque arripi debet hæc occasio ab honoratis ad turpem, deformemque stipem, sed, *ut laudis per eam argumenta querantur*. l. 6. §. 5. C. eod. **

* *Licita quantitas* ibidem statuitur in singulis causis usque ad *centum aureos*: verum, cum apud Romanos plerumque unâ peroratione totus absolveretur labor, nostris verò moribus multiplici scripturâ, sæpèque in

tomos excrefcente, non est novum, ultra centum aureos ex unâ causâ, imò interdum ex unâ fundamentali deductione, mereri advocatos. Nec attenditur Extravagans GREGORII X. *properandum*, per quam non licebat advocato accipere pro unâ causâ ultra 20. libras Turonenses, & si ultra accepisset, non transibat in ejus dominium: sed tota res, aut *generositate clientis*, aut *æstimatione judicis*, definitur; qui *in honorariis advocatorum ita versari debet, ut pro modo litis* (difficultate, inquam, non quantitate objecti ejus) *pròque advocati facundiâ, & fori consuetudine, & judicii, æstimationem adhibeat.* d. l. i. §. 10. Mos est ineptissimus, metiri præmium à paginis; quasi vero *moles*, & non potius *præstantia laboris*, considerata veniat. Ad hæc *vacationum* quoque ratio habebitur; non utique *indiscretarum*, ut, si ad prandium vocato patrono locutus ei fueris de lite tuâ, mox comestionis tempus annotetur, sed *rationabiliū*, quas postulavit e. g. examen clientis, perquisitio archivorum, perlustratio actorum priorum, conquisitio probationum &c.

** Ex diverso monet advocatum SPECULATOR, ne passim pro *modico* salario serviat: nam ex hoc non ipse tantum vilis haberetur; sed & *ars patrocinandî*, cujus opera crederetur tanti non esse, cum tantillo veneat. Nec expedit, inquit idem, pro modico salario alteram lædere partem; non enim fieri potest quin lædatur, qui vincitur: *quoniam intercessionis beneficio se victum arbitratur.* can. 10. XIV. q. 5.

5. De

5. De jure co
usque adeo
hæredibus e
repeti non
fenderint. l.
l. 15. §. 1. c.
l. 5. §. ult. C.
per eos, qui
pram fidem i
C. de condit.

* Repeti, inquam
dum verò datu
exceperis, dari
riculosum est pr
cedet subtili hui
quid enim, si c
centum aureos,
autem præmatu
deret, contra
prænumeratam
hoc eò magis, si
desuper reddenda
quam raris fuerit

6. Honorarii, vel
clientem hodie

5. De jure communi honorarium advocatorum usque adeo privilegiatum est, ut ab ipsis, vel hæredibus eorum, advocacionis causâ datum *repeti* non possit; * etiamsi causam non defenderint. *l. 1. §. 13. ff. de extraord. cognit. l. 15. §. 1. c. de advoc. 1. l. 3. §. ult. junct. l. 5. §. ult. C. eod. 2. l. 38. §. 1. ff. locat.*, nisi per eos, qui acceperant, quò minùs susceptam fidem impleant, steterisse probetur. *l. ult. C. de condict. ob caus.*

* *Repeti*, inquam, non potest datum anticipatò: nondum verò datum, - si *arrham*, & *annuum salarium* exceperis, dari ultra meritum non debet. Hinc periculosum est *prænumerare* advocatis: In praxi intercedet *subtili* huic *privilegio* temperamentum *æquitatis*: quid enim, si cliens prænumerasset egenti advocato centum aureos, quos benè promereri potuisset, hic autem præmaturè moriatur, an hæres ejus nihil redderet, contra utriusque intentionem, quæ erat, ut prænumeratam pecuniam accipiens demereretur? & hoc eò magis, si prænumeretur *ad usum causæ*, quia desuper reddendæ sunt prænumeranti rationes: quamquam rarus fuerit, qui aliquid residui recipiat.

6. Honorarii, vel salarii exactio contra morosum clientem hodiernis moribus (olim adibatur præ-

ultra centum
unâ fundam.
Nec attendit
dam, per quam
causâ ultra 20.
disset, non tran-
res, aut gene-
definitur; qui
debet, ut pro mo-
quantitate objecti
sori consuetudine,
l. 1. §. 10. Mos
à paginis; quasi
laboris, confide-
quoque ratio ha-
bit, si ad pran-
de lite tuâ, mox
onabilem, quas
quintio archivo-
conquiritio pro-
CULATOR, ne
m ex hoc non
ors patrocinandi,
le, cum cancelli
pro modico sa-
nem fieri potest
um intercessionis
XIV. q. 5.
5. De

præses provinciæ l. 1. § 9. ff. de extraord. cogn.) instituitur coram iudice ventilata causa, ex capite connexitatis: MEVIUS part. 1. decis. 234., qui magistratus decernit executoriales, vel requisitoriales, prout mansit cliens sub suâ jurisdictione vel non: * quia, quæ per injuriam non dantur, sine injuriâ ab invito sumuntur. can. 15. XIV. q. 5.

* Est autem in arbitrio advocati, quem iudicem exequendi salarii inter plures ex æquo competentes adire velit; dum modò à iudice, coram quo litigatum fuit, moderationem authenticam sui deserviti obtinuerit.

7. Privilegia togæ in jure prodita sunt hæc:

a) Immunitas personalis à functionibus provincialibus, seu civilibus l. 3. C. de advocat. 1. ut nulla togatis inspectio, & nulla peræquatio (tributorum ex æquo distribuendorum cura) nulla operis constructio, nulla discussio (revisio rationum ab aliis reddendarum) nullum ratiocinium * imponatur; nullum denique aliud eis mandetur, præter arbitrium, in loco autem duntaxat advocationis l. 6. C. eod.

* Non sunt tamen advocati à tutelis exempti, quia hoc privilegium non est eis nominatim indultum. Arg. l. 17. §. 3. ff. de excus.

b.) Im-

Vol. 98.

b.) Immunitas
juslibet deterior
patrimonii ten
cubiarum, ad
nūs pascendo
berent: nam
mit patrimoniu
& l. 16. C. de a
culatis advoca
adinstar.

Additio. A tribut
licet in quibus
non solvant, q
NIUS partit. ju

c) Immunitas à spe
gent in causis pr

* Nempe, si cora
rum ipsi sunt ad
ram arbitris: se
cati more medic
uruntur medicis

d) Dignitas clariss
officium; ut cla
tur dignitate; a
preteritorum lab

que industriâ erg
conditionis boni
meritò commune

b.) Immunitas *patrimonii* à vinculo *cohortaliæ*, seu *cu- juslibet deterioris conditionis*, ita, ut *nequidem intuitu patrimonii teneantur advocati ad vices* vigiliarum, ex- cubiarum, apparitorum, janitorumque; multò mi- nùs pascendorum communitatis pecorum, si villas ha- berent: nam *l. 2. C. de advoc. 2.* ab his omnibus exi- mit patrimonium *advocati fisci*: lex autem *15. prin. & l. 16. C. de advoc. 1.* communicant reliquis *immatri- culatis* advocatis privilegia illius; ut sint *privilegiati adinstar.*

Additio. A tributis, & vectigalibus non sunt immunes: licet in quibusdam provinciis *gabellas*, vulgò *accisa*, non solvant, quod de *Batavis* advocatis testatur *VIN- NIUS partit. jur. lib. 3. cap. 19. lit. t.*

c.) Immunitas à *sportulis solvendis*, si fortè advocati liti- gent in *causis propriis*. *l. 7. §. 6. C. de advoc. 2.**

* Nempè, si coram *judicibus* eorum *judiciorum, quo- rum ipsi sunt advocati*, secùs, si coram *alienis*, aut co- ram *arbitris*: sed cavent sibi à propriis litibus advo- cati more medicorum, & pharmacopolarum, qui vix utuntur *medicinis*, cum plurimas exhibeant aliis.

d.) *Dignitas clarissimatùs* post depositum *advocationis officium*; ut *clarissimi* primi ordinis comitis *perfruan- tur dignitate*; quatenùs & *tempore quietis fructum præteritorum laborum consequantur*; próque *fide, at- que industriâ erga clientes suos comprobata*, à *privatæ conditionis hominum multitudine segregati*, * *clarissimis meritò connumerentur*. *l. 1. C. de advoc. 2.***

* Vides ex his verbis, quod diximus §. 1. num. 4. lit. l., neminem fieri nobilem hoc ipso quod fiat advocatus; cum is modo per *clarissimum* à privatâ conditione eximatur.

** Hæc primi ordinis comitiva importat. 1.) *Nobilitatem*. Arg. l. un. C. de archiatr. ibi: *si comitivæ primi ordinis nobilitaverit gradus*. 2.) *Habilitatem ex caractere*, ut sint *socii laborum Principis*, dignique effecti, qui veniant in ejus Consistorium *rogati*: sic enim habet comitivæ hujus formula apud CASSIODORUM *variar. cap. 1. Comitivam tibi primi ordinis largimur, ut consistorium nostrum, sicut rogatus ingredaris, ita moribus laudatis exornes*. Emeritus itaque cum laude publicâ advocatus, quotiens videbitur Principi, vocari potest ad consilium aulicum, etiam intimum, ut, qui satis diu stetit, honorem sedendi habeat inter consiliarios regiminis; & hoc magis in numero illarum personarum erit, quibus tanquam distinctioribus solent extra consistorium *delegari cause*.

z) *Additio*. Quanto tempore gessisse debeant hoc munus advocati, *ut evadant in clarissimum*, textus non definit: utique multo, ne quis ambitu hujus dignitatis trium fortè stipendiorum advocatus sit, moxque deponat officium; cum nec legum, & grammaticæ Professores, aut Sophistæ clarissimatu potiantur, nisi, postquam ad *viginti annos* suæ professionis *observatione jugi, ac sedulo docendi labore* pervenerint. l. un. C. de professor. qui in urb.

e) *Peculium* eorum post adeptam togam est *quasi-castrense*,

strense, ex
non solum i
l. 4. C. de ad
vel titulo qu
Incidenter co
ad. quæ pecu
gata militiâ co
f) Filii advoca
aspirent, præ
advoc. l. l. 3.
Dimne in ei
paucorum IC
gloriâ peritiæ
sunt MUCH
MEELBAUM
MERI, MOS
plurimi dolent
bent: Et tu,
gent medici.
g) Denique haben
ros teneatur ju
eò usque orient
non inveni du
ne responde
cur ego te habea
beas ut Senatore
Circâ advocatos
quit l. 9. §. 1. ff.
sed cum ingenio

strense, exemplo *militum*; imò plusquam; quippe non solum illud, quod *ex ipsa advocazione* acquirunt, l. 4. C. de advoc. 1., sed etiam, quod *casu, fortuna, vel titulo quolibet*. l. 8. C. eod. *

* Incidenter conclude ex hoc postremo, non definiri *adequatè* *peculium quasticastrense* per hoc, quod *ex togata militia comparatur*; de quo alibi.

f) Filii advocatorum, si ad matriculam advocatorum aspirent, preferentur aliis candidatis. l. 11. §. 1. C. de advoc. 1. l. 3. §. 5. l. 5. §. 5. eod. 2. *

* Dúmne in eis verificetur illud: *heroum filii noxæ*: paucorum Ictorum hæc est felicitas, ut filii evadant gloriã peritiæ tanti, quanti fuere patres: raræ aves sunt MUCHI, NERVÆ, CELSI, Romanorum MEELBAUMII, VITRIARII, COCCEJI, BÖHMERI, MOSERI, Germanorum, *pater, & filius*: plurimi dolentes cum Cicerone sanguini suo dicere debent: *Et tu, fili mi, brute*; cujus rei causam indagent medici.

g) Denique habent istam prerogativam, quòd honoratos teneatur iudex *honorificè* pertractare: *sinere, ut eò usque orent, quousque maluerint*. l. 6. §. 5. C. h. t. non iavehi durius in eos, propter rem minimam: *

* ne respondeat ei advocatus cum oratore Domitio: *cur ego te habeam ut Principem, cum tu me non habeas ut Senatorem?* can. 7. dist. 95.

* Circa *advocatos patientem esse proconsulem oportet*, inquit l. 9. §. 1. ff. de offic. procons. mox autem subjungitur: *Sed cum ingenio, ne contemptibilis videatur; nec aded*

dissimulare, si quos causarum concinnatores, vel redemptores deprehendat.

QUÆSTIONES

Ad hunc Paragraphum.

Ad num. I.

I. An Clericis pro impenso patrocínio debeatur merces ?

R. Severè hoc prohibuisse videtur Conc. *Tarraconense I.* celebr. anno 516. relat. in *can. un. XV. q. 2.*, degradari jubens omnem *sacerdotem, vel clericum* instar *usurarii*, qui more *secularium* iudicum pro *impensis* patrociniis munera audeat accipere, nisi fortè in *ecclesiis* gratuito oblata, quæ non favore muneris videantur accepta, sed collatione devotionis illata. Respondet **GRATIANUS** noster, hunc Canonem debere intelligi de illis, qui *canonicam vitam* professi regulariter se victuros proposuerunt: sed meritò carpit hanc restrictivam interpretationem van **ESPEN** in brevi *commentario ad Gratianum*; quia textus non dicit: *ne quis monachus, vel canonicus regularis*; sed generaliter: *nequis sacerdotum, vel clericorum*. Ad id, quod ibidem subiunxit **GRATIANUS**: *generali namque Ecclesiæ consuetudine receptum est, & moribus approbatum, ut clerici more advocatorum patrocinia impendant, & pro impendendis munera exigant, & pro impensis suscipiant:*

no-

notavit Ms
bliotheçâ S.
adversum mag
abfimile est,
nas more su
dare volens, f
GLOSSA in i
per contrarian
spiciatur tenor
ne clericus pro
sed ne pro pat
dit ad obtinend
presè patrocini
quidam veteres
tellexerunt, tel
que sententiam
veor i.) Quòd
dationis penam
advocatione aliq
ter excessum, &
potuit constitui
solvi facerent,
tum jure civili c
repet. junct. not
hoc abominare
malorum, dicent
pere suffragium
pium; & terni
idem suis clericis

notavit *Mss.* Glossa vetustissimi exemplaris de bibliothecâ S. Simeonis Trevirensis: *consuetudinem juri adversam magister, ut sui moris est, tuetur: cui non abfimile est, quod ait hic cit. van ESPEN: Gratianus more suo canones disciplinae sui temporis accommodare volens, frequenter à vero canonum sensu recedit.* GLOSSA in impressis dicit: *derogatum est huic canoni per contrariam consuetudinem.* Verùm, si rectè inspiciatur tenor hujus canonis, non vetatur per eum, ne clericus pro *patrocinio causarum* aliquid accipiat, sed ne pro *patrocinio suffragii*, quod cuiquam impendit ad obtinendos honores, & officia: & vocatur expressè *patrocinium* in Nov. 8. cap. 1. & 7. Sic jam quidam veteres verbum *patrocinii* in dicto canone intellexerunt, teste ARCHI-DIACONO, in eorum quoque sententiam inclinante: quibus ut accedam, moveor 1.) Quòd verosimile non sit, gravissimam *degradationis* poenam latam fuisse in eum, qui solùm pro *advocatione* aliquid exigeret; quæ enim proportio inter excessum, & punitionem hic esset? rectè autem potuit constitui in eos, qui *patrocinia suffragiorum* sibi solvi facerent; nam & hoc jam erat severè prohibitum *jure civili* can. 26. l. q. 7. five l. ult. C. ad leg. Jul. repet. junct. nov. cit. unde, cum *ipsæ leges seculares* hoc abominarentur, tanquam *omnium* occasionem *malorum*, dicente JUSTINIANO ibid. in princ. *accipere suffragium à judicibus, totius nequitiae est principium, & terminus*; meritò concilium *Tarraconense* idem suis clericis prohibuit sub poenâ depositionis. Mo-

veor 2.) Quòd canon dicat : *more secularium* JUDICUM, non verò : *more secularium* ADVOCATORUM ; si autem advocatos intelligere voluisset, ubi posuit *judicum*, posuisset *advocatorum*. arg. cap. 12. de decim. Hinc contra prima principia interpretes nobis contrarii substituerunt verbo *judicum* verbum explicans, si diis placet, *advocatorum*. Retento autem vocabulo *judicum*, magis est, ut *patrocina* ibi sumantur pro *suffragiis*, quàm pro *advocationibus* : nam mos *judicum* *secularium* nunquam erat *advocatos agendi*, verùm abusus vigebat apud eos, ut pro *patrociniis suffragiis* acciperent *suffragia pecuniarum*.

Ais. Ergò intelligetur canon de *suffragiis clericorum in ordinationibus, electionibus, & similibus promotionibus sacris* ? R. Id quidem putavit ARCHIDIACONUS, sed nobis aliud videtur ; quia crimen talium clericorum non reputatur inter *Simonias*, sed inter *usuras* : sunt autem illi, qui officia vendunt, aut *patrocina*, similes *usurariis* ; cùm vel exigant nihil pecuniæ dantes, vel pro eo, quod largiti sunt ex suo ad consequenda officia, *decuplum* sæpè aliunde conquirant. vid. Nov. 8. in princ. Quare, meâ quidem opinione, canon procedit de *patrociniis suffragiorum ad honores seculi*, in quibus decernendis clerici sæpè gaudent activâ voce, aut potentiâ commendationis.

Ad Num. 3.

I. Si non liceat advocato pacisci de *quotâ parte litis*, an non saltem liceat de *quantâ* ?

R. Id

Id quidem p
sed videtur in
catus possit an
rarii ; non au
repugnaree
de certâ parte
centum, quâ
infra centum c
suscitata fuit ha
tam, & quant
ceptione them
verborum : de
buissent, schol
post quod stati
quantam, & quot

An liceat hócc
si viceris dabis

Licet SPECUL
fore ; spiritus le
quoniam hæc est
sam, quæ invita
tium confertur in
est reprobatur. F

An retentio act
legitimus modu
nonem honorat

✠. Id quidem putat SPECULATOR *de Salar. advocat.* sed videtur intelligere hoc solum, quod pacisci advocatus possit *ante susceptam litem* de parte quantâ honorarii; non autem *litis*: hoc enim ultimum manifestè repugnaret *l. 5. C. h. t.*, per quam illicita est pactio de *certâ parte litis*: atqui certior est *pars quanta*, e.g. centum, quàm *pars quota*, cum eventus litis hanc infra centum constituere possit. Unde verò, quæso, suscitata fuit hæc cavillans distinctio inter partem *quotam*, & *quantam* litis? Videtur, quòd ex ipsâ conceptione thematis à doctõribus propositi; dum loco verborum: *de certâ parte*, quæ retineri ex textu debuissent, scholastici nostri substituerunt: *de quota*, post quod statim quidam distinxerunt inter partem *quantam*, & *quotam*, ut fraudem legi facerent.

2. An liceat hocce pactum advocati cum cliente: *si viceris dabis tantum; si succubueris nihil.*

✠. Licet SPECULATOR sentiat, hoc pacto standum fore; spiritus legum tamen hoc non permittit licere; quoniam hæc esset stipulatio *palmarii ante actam causam*, quæ invitât ad peccandum: *ubique ergò pactum confertur in eventum victoriæ, semper pactum est reprobatum.* PAUL. à Castro in *l. 5. C. h. t. num. 2.*

Ad num. 6.

I. An *retentio actorum*, & *documentorum* sit legitimus modus, cogendi clientem ad solutionem honorarii?

✠. A se

R. A se laborata, & descripta, suove sumptu, aut fide solutionis per alium scribam, retinere potest advocatus, donec sibi de salario satisfiat; quia nec artifex tenetur rem fabricatam constituenti extradere, nisi mercede soluta. Ast *documenta* sibi communicata, petiâsque adversæ partis à cliente jam redemptas, prætextu nondum soluti honorarii retinere non licet; cum sint *deposita*, in quibus nec *compensatio*, nec *simplex retentio* locum habet; l. II. C. depos. nisi fortè hæc postrema ad summum fiat *propter impensas in rem depositam factas*: quod ipsum non est sine controversiâ.

Additio. Quod de *laboratis ab ipso avvocato* retinibilibus diximus, maximè procedit in *casu finita litis*; quod si enim cliens indigeret actis pro *instantiâ appellationis*, non putem, ea retineri posse, cum favor, non differendi litium fines, prævaleat favori honorariorum: aliis igitur modis tunc urgebitur solutio, aut dilatio dabitur, si suadeat æquitas.

Ad num. 7.

I. An gaudeat advocatus beneficio *competentiæ*?

R. *Affirm.* ne teneatur suis creditoribus solvere ultra id, quod *salvâ honestate suâ* potest. Arg. l. miles 6. princ. & l. 18. ff. de re jud. nam *advocati, qui dirimunt ambigua fata causarum, suæque defensionis viribus in rebus sæpè publicis, ac privatis lapsa erigunt, fatigata reparant, non minùs provident humano generi, quàm si præliis, atque vulneribus patriam, parentésque salvarent; nec enim solos nostro imperio militare credimus* illos,

illos, qui
sed etiam
rum patron
borantium
C. de adv
Correlarii, qu
ajunt, arres
cap. Odoard
sonaliter ob
medicus, ne
nam & iste
ric, in quib
tionem justit
rum honesta
sistend. cap. 5
plerorumqu
RULA Lib.
Additio. Non
medit. ad pa
„comparatio
„ter advocato
„atque adv
falsi est in hæ
facilegâ crif
potuit leniore
dibus consequ
ex hæc comp
vid. §. III.

illos, qui gladiis, clypeis, & thoracibus nituntur, sed etiam advocatos: MILITANT namque causarum patroni, qui gloriose vocis confisi munimine, laborantium spem, vitam, & posteros defendunt. l. 14.

C. de advoc. 1. Ex quo fluit per modum

Correlarii, quod æris alieni causâ sisti, seu, ut vulgò ajunt, arrestari non possit 1.) *Persona advocati.* Arg. cap. Odoardus 3. de solut. & sicut miles arrestari personaliter ob debita non debet, ne à militiâ divertatur, medicus, ne ab ægrorum curâ, ita nec advocatus; nam & iste militat, & causis laborantibus succurrit, in quibus advocati arrestum retardaret accelerationem justitiæ. 2.) *Nec salarium ejus*, nisi quantum honestæ sustentationi superest. PECK. de jur. sistend. cap. 5. num. 13. addens, hanc esse opinionem plerorumque, quam usu servari testatur MERULA Lib. 4. dist. 3. tit. 12. cap. 12.

Additio. Non capimus, quid moverit LEYSERUM medit. ad pandect. specim. 515. §. 23., ut scriberet: „comparatio, quæ in l. 14. C. de advocat. div. jud. inter advocatos, & milites instituitur, speciosa magis est, atque advocatis honorifica, quàm vera. Quid igitur falsi est in hâc comparatione? an sic licuit magno Jcto sacrilegâ crisi versari in sacratissimis legibus? an non potuit leniore viâ solvere malam de licitis advocato fraudibus consequentiam, quam aliqui perperam fecerant ex hâc comparatione, juncto can. 2. XXIII. q. 2.? vid. §. III. num. 5.

M

2. An

2. An advocati gaudeant privilegio fori ?

✠. Leges nullum prodiderunt : neque enim collegium ipsorum jurisdictionem accepit in suâ supposita, vel membra. Nihilominus, cum censeantur inter *personas dicasteriales*, quæ solis dicasteriis suis subjacent ; hinc non poterunt coram alio *indigenâ* magistratu conveniri in civilibus. *Indigenâ*, inquam, nam propterea, quod quis in *alieno* fortè *territorio* receptus sit inter advocatos, nullatenus poterit *domi* declinare forum ordinarium reliquorum concivium. **MEVIUS part. 5. decis. 297.**

Additio. Quoniam ergò plerisque in locis advocati *multiplicibus dicasteriis* sunt adscripti, erit *in electione actoris*, coram quo eorum illos convenire velit.

Et sic absolvimus *tractatum de postulando*, cujus multos versus cum ex **SPECULO** Duranti defloraverimus, habent *speciosæ* advocatorum *personæ* in eo *speculum*, quo suam contemplantur pulchritudinem ; *deformes* autem *animæ*, quo suas cernant maculas, emendentque ; non utique comparandæ *viro*, *consideranti vultum nativitatis suæ in speculo* : *consideravit enim se, & abiit, & statim oblitus est, qualis fuerit.* Jacob. I. v. 23.

PARERGA.

EX JURE GENTIUM.

Textus.

Idémque statuit (D. Hadrianus) si quis in sacro, aut *religioso* loco fortuito casu thesaurum invenerit. §. 39. *Instit. de R. D.* nempè, ut esset *totus* inventoris.

Crisis

CALLISTRATUS
ligiosis inventis fu
media pars fisco
observ. 37, in
opiniones : quo c
lib. 1. verisimil. cap
divorum fratrum V
HADRIANI, pro
l. ult. ff. de consir. p
ficut cap. 17, rest
veteris sui codicis
non etiam religiosi
verò litterâ, ut ja

EX JU

Ad Lib

Remedium can. red
tra quemcunque, etiam
I. Cap. 2. h. t. in 6. non
liator (quamvis ter
genur occupatum au
tur, vel petitorium
II. Actio spoli ne in
vel longiori, præfer

Hoc in titulo non
macie, ut putavit P.
II. Contra rem etiam
causâ principali. cap
cap. 2. h. t. neque et

Crisis.

CALLISTRATUS in l. 3. §. 10. ff. de jur. fisc. ait : si in locis religiosis inventus fuerit thesaurus, constituisse divos fratres, ut dimidia pars fisco vindicaretur. Rdet 1.) CUJACIUS lib. 9. observ. 37., in hoc puncto dissentientes fuisse Imperatorum opiniones : quo conflictu supposito, censet CHARONDAS lib. 1. verisimil. cap. 21. num. 9., sequendum esse rescriptum divorum fratrum VERI, & ANTONINI, præ constitutione HADRIANI, prout secutus est textus in II. feud. § 6. in fin. Arg. l. ult. ff. de constit. princip. Rdet 2.) ZOANNETUS in libr. restitut. cap. 17., restituendum esse textum juxta lectionem per veteris sui codicis hoc modo : si in locis fiscalibus, vel publicis, non etiam religiosis &c. cui restitutioni adhæremus: stante verò litterâ, ut jacet, cum CHARONDA sentimus.

EX JURE CANONICO.

Ad Lib. II. Decret. tit. XIII.

- I. Remedium can. redintegranda. 3. III. q. 1. institui potest contra quemcunque, etiam bonæ fidei possessorem.
- II. Cap. 2. h. t. in 6. non est exceptio, sed regula : nullus ergò spoliator (quamvis temeritas ejus sit punibilis) restituere cogetur occupatum autoritate privatâ, qui vel ipso jure nittur, vel petitorium paratâ probatione vult docere.
- III. Actio spoliî ne immemoriali quidem tempore, centenario, vel longiori, præscribi potest.

Ad tit. XIV.

- I. Hoc in titulo non sumitur dolus, quatenus adhæret contumacia, ut putavit P. Engel.
- II. Contra reum etiam verè contumacem non potest procedi in causâ principali. cap. 1. ut lit. non contestat. Non obstat cap. 3. h. t. neque enim ibi F. erat actor, sed R. arg. cap. 7.

qui filii, quod cap. tempore præcessit hoc cap. 3. nec non cap. 17. de offic. jud. deleg. & cap. 4. qui filii.

Ad tit. XV.

- I. Missus in possessionem is, qui egit *actione* reali, non fit post annum *ipso jure* possessor verus, sed opus est *secundo decreto*.
- II. Secundum decretum non facit, ut immittus fiat *dominus rei*, in quam est missus.

Ad tit. XVI.

- I. Post *clém. 2. h. t.* sola citatio executâ etiam ante litis contestationem, inducit *litis pendentiam*, tam in *personalibus*, quam in *realibus* actionibus.
- II. Ex hac tamen clementinâ non evincitur, rem ipsam fieri *litigiosam* solâ citatione in actionibus *personalibus*, licet res *in specie* petatur.
- III. Probabile est, ne quidem *lite contestatâ* rem effici litigiosam, si ad eam tantummodo competat *actio personalis*.

Ad tit. XVII.

- I. Per sequestrum non interrumpitur *ufucapio*, nisi sequestrantibus placuisset, *neutrûm* de se fore interim possessorem.

Ad tit. XVIII.

- I. Confessio *advocati* non nocet *clienti*, nec *principali* confessio *procuratoris*.
- II. Nocet *ecclesia* confessio *oeconomi* sui, aut *rektoris*, si *necessaria* fuerit.
- III. *Ecclesia læsa* per *confessionem* non utitur *jure minorum* quoad restitutionem.

Casus canonicus.

Cap. 14. de fil. presb. habet casum filii in sacerdotio geniti de uxore legitimâ nati, & concepti. Quisnam hic figurabitur casus? R. Vir

volente uxore,
perat sacros ordi
to puero. Idem
post matrimoniu
non verò, si poss
ambo, professi fun

Ad l

I. Societatis in atern
II. Societate contra
beratur hæres fo

I. Retinenda est cor
plex, & qualifican

I. Liber homo, bonâ
mini, non erit cu
ita LABEO in l. 19
II. Aliter sensit CE
cum LABEONE,
fateamur cum PC

I. In conditionali
parus, acquirat fil
non

I. In solutionibus
moneta, quæ solvi
publicè probatur
neta hæc minoris

volente uxore, & voto simplici castitatem vovente, susceperat sacros ordines, & post hos accessit ad uxorem, nato puero. Idem casus figurari potest de conjuge utroque, post matrimonium consummatum religionem professio: non verò, si post matrimonium duntaxat ratum, vel alteruter, vel ambo, professi fuissent.

Ad lib. III. Instit. tit. XXVI.

- I. Societatis in aeternum nulla est coitio, benè verò in perpetuum.
- II. Societate contracta ad certum tempus, vel certum opus, non liberatur hæres focii per hujus mortem.

Ad tit. XXVII.

- I. Retinenda est communis subdivisio mandati generalis, in simplex, & qualificatum, sive cum libera, contra HUBERUM.

Ad tit. XXVIII.

- I. Liber homo, bonâ fide serviens, si faciat aliquid mandato domini, non erit cum eo mandati actio, sed negotiorum gestorum. ita LABEO in l. 19. §. 2. ff. de negot. gest.
- II. Aliter sensit CELSUS filius in l. 13. ff. commod. nos sentimus cum LABEONE, licet commodati actionem in talem cadere posse fateamur cum POMPONIO in d. l. 13.

Ad tit. XXIX.

- I. In conditionali contractu filius, pendente conditione emancipatus, acquirit sibi, secùs in conditionali legato.

"non"

Ad tit. XXX.

- I. In solutionibus (nisi aliud expressè fuerit conventum) valor moneta, quæ solvitur, ille acceptandus est à creditore, qui publicè probatur solutionis tempore, licet numerationis die moneta hæc minoris fuisset.

Ad lib. IV. tit. I.

- I. In definitione *furti* malè quidam verbis: *invito Domino* addunt
tò *irrationabiliter*.
- II. *Extrema famis necessitas* tribuit quidem licentiam comedendi
rem alienam, quâ ipse dominus non indigeat æquè necessariò,
sed non absolvit *ab onere solutionis* comedentem.

Casus civilis.

Ortum est incendium culpâ solius familiæ in suis functionibus
occupatæ. *¶* quis *remuneraciones vigilis*, & aliorum publicè
taxatas, quis *multam publicam*, quis *vicinorum damna* præstare
debeat? *¶* primum dominus familiæ, salvo regressu contra
domesticos, secundum, & tertium domestici, quorum cul-
pâ ortum est incendium, nullatenùs vero dominus innocens.

Ex Jure publico.

An nobilitas inclytæ Germaniæ habeat *veram superioritatem terri-
torialem*, an verò duntaxat *quasi talem*, & *adinftar S. R. I. Sta-
tum*, quæstio inutilis est, cùm in terris suis immediatis pos-
sit immediatus nobilis, quidquid, sive in ecclesiasticis, sive
in politicis, potest Status aliquis Imperii.

Ex Jure feudali.

Scriptum est: *wir geben zum ERB-EHNE*: ne putes esse feu-
dum latinis dictum *HÆREDITARIUM*, neque enim ad
alios pertinet hæredes, quàm de *SANGUINE*, neque ad
alios, quàm *HÆREDES FEUDALES*, id est *MASCULOS*;
nisi plus sit dictum nominatim de fœmineis.

Ex Jure criminali.

l. 4. C. de author. prest. non servatur in praxi, servari autem fo-
ret æquissimum.

Ex

In Treviratu præ-
bus creditoribus
excepto casu,
torem tacitam
quidem menti
æquum tamen;
heres.

Non obstante can. 7
nam duntaxat et



Ex Jure Trevirensi.

In Treviratu præfertur mulier ratione dotis solis illis *anterioribus* creditoribus, qui *tacitam* duntaxat hypothecam habent, excepto casu, quo habens *expressam* vinceretur ab alio, *anteriori* *tacitam* habente. Land: Recht. tit. 12. §. 19. & 20. Hoc quidem menti *l. 12. C. qui potior. in pign.* non est conforme, æquum tamen; quia Justinianus fuit nimis bonus erga mulieres.

HISTORICUM.

Non obstante *can. 7. dist. 21.* historia de lapsu Marcellini in exterram duntaxat etiam idololatriam est sublestæ fidei.

I. O. H. D.



DIS
IN
DIP
IN DA
H

UNA CUM P

ONSEQUE
DO

ULA MAJORE

DI
PUPL

SINE PE

PETRUS FE

AB INCLY

Post exercitatoria
ad

AUGUSTÆ TRE

s: invito Dominus altiss.
 licentiam comedendi
 digeat æquè necessario,
 cutem,
 in suis functionibus
 & aliorum publicè
 acinorum damna præstare
 , salvo regressu contra
 omeltici, quorum cul-
 vero dominus innocens.
 ram superiorisatem terri-
 & adinstar S. R. I. Sta-
 suis immediatis pos-
 in ecclesiasticis, live
 R: ne pures esse feo-
 UM, neque enim ad
 ANGUINE, neque ad
 , id est MASCULOS;
 incis.
 xi, servari autem fo-
 Ex

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8

Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8

TIFFEN Color Control Patches © The Tiffen Company, 2007

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
Light Blue	Light Cyan	Light Green	Light Yellow	Light Red	Light Magenta	White	Light Skin	Light Gray
Dark Blue	Dark Cyan	Dark Green	Dark Yellow	Dark Red	Dark Magenta	White	Dark Skin	Dark Gray

TIFFEN Gray Scale © The Tiffen Company, 2007

A	1	2	3	4	5	6	M	8	9	10	11	12	13	14	15	B	17	18	19
		R	G	B			W							C	Y		M		